[.]^l Ibidem coram dicto Guonzono magister Walterius vicedominus capituli Aquileg(i)ensis probare intendit quod homines ipsius capituli / Aquileg(i)ensis qui pascebant montem de Caulis P(re)olane et (cet)eri alii homines aliorum dominorum qui pascebant montem eandem^m cum / animalibus suis, solvebant capitulo et suo provisorio Carnee calderaticum, scilicet quatuor sedecinas casei et duos / caseos de honoribus et duas ingraunatas et duos zermasies cum due casarie erant et si una cassaria erat, una ingraunata et unum zermasium solvebat. Item quatuor sedecinas casei, que vad(un)t post mansos de monte / Serwalli. In primis probavit articulos supradictos omnia que dixit per ordinem Ottum sacerdotem de Arta partem de IIII^{or} / sedecinas casei montis Serwalli, que vad(un)t post mansos. [..Suscius]ⁿ iuratus et interrogatus dixit cum fuit villicus / habuit hon(or)es et de calderatico dixit se nescire. Lullus massarius capituli de Nugariis iuratus et / interrogatus dixit omnia de supradictis articulis per ordinem prout [...] fuit et a XL annis et cetera vidit et / interfuit et admonitus fuit. Iacobus de Priolis massarius capituli omnia sicut Lullus et a XXX annis / et cetera scit et vidit. Pichinus Cofin iuratus dixit per ordinem illud idem et ipse idem solvit et / a XXX annis et citra. Warnerius massarius filiorum domini Dietalmi (homo) Aquileg(i)ensis iuratus dixit omnia per /

^k Non è possibile integrare ulteriormente.

^l Lettera o segno non identificabile, ma assimilabile a quello descritto nella nota precedente.

^m Dovrebbe leggersi eundem, ma sembra esservi un'attrazione di genere femminile esemplato sul friulano la mont.

ⁿ Non è possibile integrare.

ordinem et a xl annis et citra. Dominicus massarius Marchisini filii domini Gronim de Buia iuratus / dixit illud idem et a xxx annis et citra memor est.

Anno Domini M^o CC^o LXII, indicione V^a, die IIII intrante iulio, presentibus magistro Iacobo de Verona / Nicolao Vulzeri de Glemona, Gammie eiusdem loci et aliis. Dominus Valescius^o capitaneus Glemone et gastaldio / Carnee precepit et misit literas suo sigillo integro et illeso sigillatas talis tenoris: Va. / capitaneus Glemone et gastaldio Carne^p dilecto sibi G. de Arta provisorio suo gratiam suam et omne / bonum. Mandamus tibi ut quatuor sedecinas casei calderatici et duos caseo de honoribus et II / ingraunatas, si sunt duo cassarie, et duos [sermas]^q, si sunt duas cassarias, et si est una I / ingraunata et I zermas de monte Caulis priolano, procuratori capituli Aquileg(i)ensis in Carnea existen/do hominibus pascentibus predictum montem integre asignar(i) et IIII sedecinas casei montis Serwalli, / que vadunt post mansos, etiam eidem faciat asignari. Nam sufficient(er) coram te magister Walterius vide/dominus capituli supradicti hoc probasse videtur, salvis tamen aliis iuribus in omnibus domini patriarche. / Actum Glemon(e) ante fores castri, feliciter. Facias.

Ego Blasius imperiali auctoritate notarius constitutus interfui et hanc cartam rogatus scripsi.^r

^o Così nel testo, ma da leggersi Valesius.

^p Da correggersi in Carnee.

^q Lettura induttiva.

^r Al centro, sotto il rigo, compare una decorazione a penna a forma di fiore.

1261, settembre 24, [...]

Goffredo figlio di Glirisio d'Arcano dà in affitto a Giacomo da Cavazzo per 80 soldi Veronesi annui un proprio manso, sito in Carnia a Cesclans. Clausole di garanzia consuete.

Originale da instrumento del notaio Romano Coufeno da Arcano, membr., mm 193x143, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 13.

Attergati: di mano del sec. XVII-XVIII «1261. Locatio domini Gotfridi de Arcano de uno manso in Carnea sito in Cassolans facta Iacobo de Cavatio (pro solidis 80)». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «13 B».

S.T. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, indictione quarta die VII^o exeun/te mense septembris, in presencia istorum testium rogatorum, videlicet domini Iohannis / vicarii de Arcano, Gavanelli eiusdem loci, Bonacii de Utino, Stefani et Ber/tolomusii gastaldionis, Wargendi Pupi de Cavacio, Nicholai de Arcano et aliorum. / Gotfri/dus filius condam domini Glirisi de Arcano, presente et consenciente matre sua domina Alsubeta, per se suosque / heredes ad fictum simplicem et consuetum dedit atque tradidit Iacobo de Cavacio suisque heredibus mansum unum / in Carnea scitum^a in Chassclans, cum domibus, sediminibus, curiis et ortis, pomeriis, pratis, campis / cultis et incultis, silvis, pascuis, comunitatibus et amplis, ad habendum, tenendum et possidendum iure simplicis / et consueti ficti. Ipse Iacobus et heredes eius solvendo annuatim predicto Gotfrido suisque heredibus pro predicto man/so iure et consuetudine simplicis census XL solidos Veronenses in assumptione sancte Marie et XL solidos Veronenses [termini / extremi]^b in nativitate Domini et cultam sicut alii sui massarii ac alia servicia consueta. Promittens quoque dictus / Gotfridus per se suosque heredes sub obliga(c)ione omnium suorum bonorum presencium et futurorum omnia infrascripta firma / et rata habere et tenere et predictum fictum n(ec) eidem Iacobo nec heredibus suis ex a modo amplificare / nec eis mansum predictum accipere, nec ad aliam manum tradere, si dictus Iacobus sui que heredes eidem / Gotfrido et heredibus suis dictum

^a Da correggersi in situm.

fictum fuerit integre persolutum singulis annis, nec contra predicta per se / vel alias personas facere vel venire aut aliqua ratione vel occasione sub pena trium marcharum minus / v^{que} solidis Veronensibus parvis et omnium dampnorum et expensarum inde factarum, qua soluta vel non soluta, / tamen contractus nichillominus in sua firmitate duret. Ita tamen quod dictus Iacobus sui que heredes primo / anno dictum mansum deberet habere absque aliquo censu. Et datus fuit in nuncium tenute Bert/lomusius testis predictus. Actum in castro Arcani ante domum Gotfridi dicti, feliciter.

Ego^c Iacobus Nibisi imperiali auctoritate notarius constitutus ex mandato venerabilis patris domini / R. Dei gratia patriarche Aquilegensis prout legi et vidi in publico instrumento auctenticato / manu Romani Coufeni notarii condam de Arcano ex antiquitate [re]novato^d nichil ad/dens vel minuens quod tenorem mutet, hoc rogatus scripsi et signo proprio roboravi.

^b *Lettura incerta, si propone questa soluzione.*

^c *Eg ingrandite e orname.*

^d *Macchia sulla pergamena.*

1265, ottobre 11, Tolmezzo

Esenrico da Tolmezzo, provisoro in Carnia di Valesio, gastaldo patriarcale per la Carnia e capitano di Gemona, nomina Marchesino da Buia nunzio di possesso per Artuico di Castellerio, vicedomino e canonico del Capitolo di Aquileia, per i beni siti in Avaglio e di proprietà del Capitolo medesimo, come ordinato dalla lettera del gastaldo Valesio.

Originale membr., mm 243x94/86, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 14. Al margine superiore sinistro di mano del sec. XX in lapis «1265, 11, X».

Attergati: di mano del sec. XIV «Inductio in possessionem certorum bonorum sitorum in villa de Avallio de Carnea facta capitulo Aquilegens(i) 1265». Numero d'inventariazione di mano del sec. XVII «N° III. C.». Di mano del sec. XVIII «Avalio in Cargna 1265, 11 ottobre». Di mano del sec. XVIII «Cargna capitulo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «14 C».

La pergamena giace in buone condizioni. L'inchiostro è nero brillante, ma spesso è caduto a scaglie dal supporto scrittorio, rendendo difficile la lettura. La pergamena contiene il documento 14 e 14 bis.

S.T. Anno Domini millesimo CC^oLXV^o, indicione octava, / die XI^o intrante oct(u)br(i), in Tumecio prope do/mum Wecelonis calcificis in strata publica, pre/sentibus Herma(n)no blaione et Iacobo mulisito de / Tumecio, Iacobo de Anemoncio testibus et aliis. / Dominus Artuicus de Castiliro canonicus Aquilegensis presen/tavit et dedit quasdam litteras Esenrico de Tumecio ex / parte domini Valesii capitanei Glemone et gastaldionis Carnee / eiusque sigillo cereo sigillatas, quarum tenor talis erat: / Valesius capitaneus Glemone dilecto sibi Esenrico provisoro su/o in Tumecio gratiam suam. Devocioni tue per presentes preci/piendo mandamus quatinus bona sita in Avalio capituli / Aquilegensis que videre poteris in publico instrumento dare / facias tenutam capituli supradicti. Ibi que dictus Esenricus / precepit et ordinavit atque comisit Markesino de Buia quod / ipse deberet ponere supradictum dominum Artuicum canonicum / Aquilegensem recipientem nomine et vice dicti capituli in te/nutam et corporalem possessionem omnium bonorum et possessionum / que continebantur in carta facta manu Dominici dicti Gle/mon de Utino notarii sub anno Domini M^oCC^oLXIII, indicione VII^a, die X^o exeunte novembre, in villa de / <de> Avalio, in via publica.

14 bis

1265, ottobre 11, Avaglio

Marchesino da Buia, nominato nunzio di possesso da Esenrico da Tolmezzo, provvisore gastaldionale di Carnia, immette in possesso Artuico di Castellerio, vicedomino e canonico del Capitolo di Aquileia, della casa sita in Avaglio e di proprietà del Capitolo medesimo.

C. Eodem anno, die et mense, presentibus Laurencio de Ca/voriaco, Marquardo dicto [...]sset^a de Velles, Arnaldo mu/ratore, Martino eman, Wecelone del Roso, Martino Ar/nold, Henrico armilinan et Iohanne dicto Bonas de Ava/lio testibus ad hoc vocatis et aliis. Supranominatus Markesinus / de Buya posuit sepedictum dominum Artuicum canonicum /Aquilegenssem et vicedominum dicti capituli in possessionem / et tenutam corporalem de domo una sita in Avalio, / que regitur per Avalinum et Ardemannum fratres de Avalio / et respicit occidentem cum omnibus bonis et possessioni/bus que continentur in carta facta manu Do/minici dicti Glemon notarii de Utino.

Actum est hoc in villa de Avalio iuxta predictam /domum.

Ego Meynardus imperiali auctoritate notarius / hiis interfui et bona fide scripsi / rogatus^b.

^a *Inchiostro evanido, si legge con l'ausilio della lampada di Wood.*

^b *rogatus è scritto in modo da occupare l'intero ultimo rigo.*

Marquardo dispone alcuni legati testamentari, costituiti da possedimenti agrari, in favore del monastero di S. Pietro di Rosazzo, in cambio di funzioni religiose pro anima sua e della moglie Ottolina; dispone inoltre di altri legati in favore di altri enti ecclesiastici e di alcuni parenti e coloni. Marquardo nomina i propri nipoti suoi eredi universali e costituisce suoi esecutori testamentari un decano e Corrado di Ungrispach. Clausole consuete.

Originale membr., mm 315x130, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 15. Nella parte inferiore, sotto il testo, compare in lapis di mano del sec. XX «1272».

Attergati: si tratta di un lacerto del quale si sono salvate parte delle prime tre righe di mano del sec. XV, illeggibili, quindi un «N 15» di mano del sec. XVII, cui seguono due righe in scrittura antica non complete: «[...]mum manssi in Cosano [...] de muste». Di mano del sec. XVIII: «1272. Testamentum manu He[...] preg[...] quo inter caetera legata [...] de Co superiori confeci [...]cio abbatis Rosacensis de uno [...] in Cosano cum onere intus ini[...]». In lapis di mano del sec. XX «15 C».

Pergamena mutila della parte superiore, con andamento diagonale per l'estensione delle prime quindici righe di testo, che risultano essere pertanto in parte perdute. La prima parte risulta essere danneggiata per ulteriore lacerazione nella parte superiore destra, per l'estensione dalla riga 3 alla riga 8. La prima parte richiede l'utilizzazione della lampada di Wood.

[...]eptuagesimo secundo, indicione / [...] in domo infrascripti / [...] magistro Thoma scola/(stico) [...]ch et aliis. Dominus Marquardus / [...] san]us tamen mente, timens [...] / [...] suum testamentum insec[...] / [...] monasterio Rosacense cui iam d[...] / [...] i]ure proprii situm in Cosano tali condicione [...] / [...]nuentur dicti monasterii Rosacensis teneantur ipsum / [...] propriis espensis sepelire in dicto monasterio et facere / [...]s tricesimos suos usque ad unum annum post obitum / [...] addidit ad huc dicto monasterio Rosacens(i) duos suos / [...] positos in Culçai, qui reguntur per Domeni(cum) pro dicta se/[...] septimo et omnibus tricesimis usque ad unum annum sunt / [...]ei et annuatim similiter teneantur facere suum aniversarium et / aniversarium quondam domine Ottuline sue uxoris. Item vineam que fuit Cha/loch positam in monte de Musce dicto monasterio pro anima ipsius Chaloch legavit. / Item ecclesie sancte Marie de Cop(rivea) vineam suam positam in monte de Spes/sa ita ut dicta ecclesia cum

dicta vinea illuminetur. Item ecclesie sancte Marie / de Prewalt vineam suam positam in monte de Prewalt. Item ecclesie sancti Ni/cholai de Cero(n) vineam de Coine que fuit dicte domine Uttuline sue / uxoris. Item vineam que fuit Strigul dedit et dimisit filie dicti Stri/gul. Item Inanislinum et Pluom sue uxoris sedimen quod fuit Renner cum vi/nea que fuit etiam dicti Renner. Item Michaeli vineam quam ipse colit et / Chonçoni vineam quam ipse colit. Item dicto domino decano duo vasa vini. Item / domino Iacobo sacerdote quadraginta denarios Aquilegensis monete. Item domine Perhte soro/ri sue suum magnum lectum cum plumario. Item voluit et ordinavit quod de/bita sua, si qua invenientur, solvantur de residuis suis bonis et quod de ipsis suis / bonis residuis dicto magistro Thome scolastico satisfiat de suo labore. Item re/sidua sua bona mobilia et immobilia, feudum et proprietatem dicte domine Perhte pue/ris ipsi domine Perhte et nepotibus suis, scilicet pueris fratrum suorum, dimisit / et legavit ipsos omnes equaliter suos heredes legitimos constituit ad hereditan/dum bona predicta et super omnibus et singulis istis dictum dominum decanum et dominum / Chonradum de Ungrispach suos fideicommissarios constituit et hoc voluit / et ordinavit suum esse ultimum testamentum et suam ultimam voluntatem, quod / si non valet iure testamenti, valeat saltem iure codicillorum aut alio iure / quo melius et utilius^a valere potest, salvo nichilominus sibi iure addendi, / minuendi, muttandi^b et corrigendi.

S.T. Ego Henricus de Greç imperiali auctoritate notarius predictis / interfui et rogatus scripsi ss.

^a *Da correggersi in utilius.*

^b *Da correggersi in mutandi.*

1280, aprile 9, Udine

Federico quondam Enrico di Gemona vende a Ainçutto da Udine mercante al prezzo di 13 marche di denari aquileiesi, delle quali dà quietanza, un proprio manso, sito a Cerneglons. Federico nomina nunzio in possesso Parisio da Udine sarto e fideiussore del contratto Zinilussio da Udine mercante. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 266x134, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 16. Al margine superiore a sinistra di mano del sec. XIX «Cerneglons»; in lapis di mano del sec. XX «1280, 9, IV».

Attergati: di mano del sec. XIV (?), leggibile con l'ausilio della lampada di Wood, «Instrumentum cuiusdam venitionis [facte Ainçutto mercatore ...]»; al margine superiore a sinistra compare una scritta evanida, difficilmente rintegrabile con la lampada di Wood, ma plausibilmente di mano coeva, della quale si distingue alla fine «Cerneglons». Numero d'inventariazione di mano del sec. XVII-XVIII «N 1»; di mano del sec. XVIII «1280, 19 aprile». Con la lampada di Wood si intravedono al di sotto altre lettere, evanide per azione dell'umidità, che paiono essere un'altra datazione di mano del sec. XVIII. Al margine superiore a destra in lapis di mano del sec. XX «16 C».

Il supporto scrittoriale è in discrete condizioni di conservazione ed è stato restaurato soltanto per una pibbola lacerazione all'angolo destro. Tracce di piegature. L'umidità ha lasciato qualche traccia, soprattutto sull'inchiostro, che non sempre è leggibile senza l'ausilio della lampada di Wood.

S.T. Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo, indictione octava, die martis nono intrante aprilis, ^a / presentibus Par(i)sio sartore, Iohanne sententia, Michaelae filio Lenardi belonis, Mathius[io]^b / filio Quirini becharii testibus de Utino et aliis pluribus ad hoc specialiter convocatis. Dominus / Federicus filius condam domini Henrici de Glemona per se et suos heredes precio et nomine precii tresdecim / marcharum denariorum Aquilegensis monete, quas contentus, confessus et manifestus fuit in se habere et recepisse ab / Aynçutto mercatore de Utino, de quibus vero denar(iis) sibi bene solutum vocav(it), renuncians exceptioni non sibi datorum / et numeratorum dictorum denariorum tempore huius contractus, et omni legum auxilio, fecit datam et vendicionem dicto Aynçutto recipienti / pro se et suis heredibus aut cui dare voluerit iure proprii, de uno manso iacente in Cerneglons, recto / et laborato per Nigrum et eius filium et per H(er)manucium filium condam Curiussi. Qui mansus reddit pro fictu, ut

^a A questo punto compare la lacerazione, che non intacca però la scrittura.

di/cebat, quinque starios frumenti, sex starios milei, VIII starios annone, tres urnas vini ad mensuram / Aquilegensem, XVIII denarios, III^{or} galinas et XL ova, et si dictus mansus plus dicto precio valeret, de eo quod / plus valeret nomine donacionis, que dicitur inter vivos et non causa mortis, eidem Aynçutto dictus dominus Federicus / datam et donacionem fecit. Et taliter fecit eidem Aynçutto datam et vendicionem de dicto manso iure / proprii, ut ipse Aynçuttus et sui heredes masculi et femine habeant, teneant et possideant cum introitu / et exitu, vitibus, arboribus, campis, pratis, silvis, domibus, baiarciis, dominio, honore et servitute et cum / omnibus iuribus et actionibus, usu et requisicione reali et personali, utili et dirrecto^c ipsi manso a celo usque ad / habissum integre pertinentibus. Et quod possit ipsum mansum vendere, dare, donare, alienare, obligare / pro anima et corpore, iudicare et totam suam voluntatem facere sine omni ipsius domini Federici suorum heredum / vel alterius persone contradictione. Dicens et confitens dictus dominus Federicus nemini vendidisse, alienas/se, pignorasse seu modo aliquo obligasse dictum mansum ante vendicionem predictam et dedit ei dictus / dominus Federicus (verbum) tenutam intrandi de dicto manso iure supradicto, constituens se pro eo possidere / donec tenutam^d intraverit corporalem et in hunc modum dedit ei Parisium testem supradictum in nuncium / tenute ad ponendum ipsum Aynçutum in tenutam et possessionem de manso predicto et de omni iure / dicto manso pertinenti de iure vel de facto. Et contra predicta predicta^e vel aliquid predictorum non facere vel / venire aliqua racione, causa seu ingenio, sed ipsum mansum cum omni iure ipsi pertinenti stetit et / promisit per se et suos heredes dictus dominus Federicus ipsi Aynçutto et suis heredibus vel cui dare / voluerit mansum predictum ab omni homine, persona et parte in racione defendere, warentare et / legittime disbrigare contra quemlibet hominem et personam dictum mansum impedire volentem, sub / pena dupli dicti mansi valentis aut pro tempore valuerit vel fuerit melioratus minus v^{que} solidos / Veronenses in extimacione bonorum hominum. Quod si non fecerit vel facere noluerit penam supra/dictam ipsi Aynçutto vel suis heredibus aut cui dederit mansum predictum solvere teneatur, qua / pena vero soluta vel non soluta, tamen omnia et singula supradicta, ut dictum est superius, attendere, / complere et observare teneatur et presens instrumentum suum obtineat robur. Et omnes expensas, dampna et interesse que et quas

^b *Lettura incerta a causa della lacerazione.*

^c *Da correggersi in directo.*

^d *tenutam integrata con segno di richiamo e apposta a fine testo prima della complectio notarile.*

dictus Aynçuttus vel sui heredes fecerit vel^f sustinuerit / pro dicto manso defendendo tam in iudicio quam extra, si ab aliquo placitaretur vel inpediretur, dictus / dominus Fedricus ipsi Aynçutto aut cui dederit, solvere et satisfacere teneatur, credendo^g / de expensis et dampnis solo et largo verbo dicti Aynçutti sine sacramento, testibus et alia proba/cione legitima. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis, complendis, obser/vandis et firmis habendis precibus ipsius domini Federici ipsi Aynçutto fideiussor extitit / in solido sive in parte et toto Çiniluscius mercator de Utino ad attendendum, manutenendum / et warentandum omnia supradicta de bonis suis, si dictus dominus Federicus attendere et warentare / nollet, ita quod ad quemcumque ipsorum se voluerit parte et toto tenere possit, renuncians omni legum et iur(ium) / auxilio cum quo se posset a dicta fideiussione tueri. Actum Utini in porticum domus Lobardi.

Ego Nicolaus de Iacobo de Utino sacri pallatii notarii hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^c *Evidente errore dello scriba.*

^f *vel aggiunto nell'interlinea.*

^g *crededendo, con de espunto.*

1280, agosto 25, Aquileia

Il magister Arnaldo da Aquileia vende al Capitolo di Aquileia, rappresentato da prete Corrado mansionario, al prezzo di 100 denari aquileiesi, dei quali dà quietanza, l'intera sua proprietà nel terreno sito oltre Muruzolio e della quale si forniscono i confini. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 351x116, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 17. Al margine superiore a sinistra in lapis di mano del sec. XX «1280, 25, VIII».

Attergati: di mano coeva «Carta census XI denari(iorum) de quadam terra iuxta Moruzolium, II^{cc} LXXX». Al margine inferiore, di mano del sec. XIV (?) «De XI denariis campi de ultra Muroçolio». Di mano del sec. XV «Ultra flumen Rovedulli(s)». Di mano del sec. XVII-XVIII «Instrumentum emptionis unius petii terre iuxta Moruzolium in As[...] et francatione census debiti r(everendo) capitulo», segue numero d'inventariazione evanido «N. LXV». Di mano del sec. XVIII «Muruzolio, 1280, 25 agosto». Di mano del sec. XIX «Capitulo de Aquileja». Al margine superiore a destra in lapis di mano del sec. XX «17 C». Il supporto scrittorio è in buone condizioni. L'inchiostro è nero brillante e bene leggibile.

In^a nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducesimo octuagesimo, indictione / prima, die septimo exeunte augusto, Aquilegie ante stationem Arnaldi / infrascripti, presentibus Conradino clerico filio quondam Laurencii mutarii Aquilegensis, Blasutto filio quondam domini Artuici de Turribus, Nicolao pellipario, Venerio eius genero civibus Aquilegensibus et aliis pluribus testibus. / Pro precio et foro centum denariorum Aquilegensis monete, quod totum magister Arnaldus civis Aquilegensis fuit confessus et contentus se habuisse ac integre / recepisse a domino Conrado presbitero mansionario Aquilegens(i) dante ac / solvente pro decano et capitulo Aquilegens(i), renunciatis exceptioni non / habiti non recepti et sibi non dati dicti precii tempore huius contractus et omni legum / et iurium auxilio tam canonici quam civilis omnique alii suo iure exceptioni ac/tioni et rei sibi competentibus et competituris contra predicta vel aliquid de contentis in / instrumento presenti. Ipse magister Arnaldus per se suosque heredes vendidit, de/dit et tradidit nominato domino Conrado pro dicto capitulo et nomine ac vice / eiusdem ementi et recipienti totam proprietatem quam habet in

^a La i è ingrandita e ornata.

quadam terra sita ultra / Muruçolium, que fuit quondam Rapotti civi^b Aquilegensis et censum an/nuum undecim denari(iorum) quem habebat vel videbatur habere seu ullo modo habere po/terat in terra iamdicta et proprietate ipsius. Confines vero dicte terre sunt hii: ver/sus orientem est flumen Rovedule, versus occidentem est pallud(e) / commun(e), versus meridiem possident domini Marinus Çorzan(us) et Marinus Cuppo / de Veneciis, versus vero septentrionem possidet Vinturuscus de Ruida / civis Aquilegensis. Ita quod ammodo et deinceps capitulum nominatum dictam proprie/tatem et censum undecim denar(iorum) predictorum libere habeat, absolute teneat et in pace / tam ipse capitulum quam successores sui perpetuo possideant absque contradictione / qualibet, tam sua quam cuiuslibet alterius et quod de cetero dictum capitulum sive procurato/res aut officiales ipsius capituli possint et valeant petere, spangare, exi/gere et recipere dictum censum undecim denar(iorum) a quolibet possessore terre seu proprieta/tis predictae, cum omnibus iuribus et rationibus pertinentibus sive spectantibus ad eosdem. / Ad hoc sepedictus magister Arnaldus per se suosque heredes et successores promisit / in perpetuum dicto capitulo suisque successoribus memoratam proprietatem et censum / prefatum ab omni homine et singulari et persona qualibet in iure auctoriçare, def/fendere et disbrigare omnesque expensas in lite pro eo facere factasque per eum / reficere, dampnum quod propterea sustinetur tam in iudicio quam extra sibi plenius resar/cire, nec unquam per se vel per aliquos vel aliquam personam contra facere vel venire, sub / pena dupli valoris dicte proprietatis ac census secundum quod pro tempore plus va/lu(er)it, minus quinque solidos Veronensium pervulorum^c. Quibus p(er)actis sepefatus / magister Arnaldus dedit eidem domino Conrado plenam et liberam potesta/tem ac auctoritatem quemcumque volu(er)it intrandi tenutam et possessionem / corporalem proprietatis et censuum undecim denar(iorum) predictorum nomine, vice ac loco / capituli sepedicti. Quod censum undecim denariorum solvitur in festo sancti Canciani.

S.T. Ego Blasius de Aquilegia imperiali auctoritate notarius hiis / omnibus interfui et rogatus scripsi.

^b *da correggersi in civis.*

^c *da correggersi in parvolorum.*

1282, ottobre 31, Udine

Pietro da Udine fabbro vende al proprio figlio Giovanni, anch'egli fabbro, al prezzo di tre marche e mezzo di denari aquileiesi, delle quali dà quietanza, una casa con terreno, sita nel borgo superiore di Udine e della quale si forniscono i confini. La proprietà è allivellata e se ne garantisce il diritto per 8 denari aquileiesi ai fratelli Minio e Rossone da Udine. Pietro nomina nunzio di possesso Vuduscio già da S. Vito calzolaio, il quale procede contestualmente a immettere Giovanni nel possesso della proprietà. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 414x130, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 18. Al margine superiore a destra in lapis di mano del sec. XX «1282».

Attergati: di mano del sec. XIV «Instrumentum vendicionis facte». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «18 C».

La pergamena è in buono stato, salvo alcune lacerazioni alle righe 4, 14 e 19, che rovinano parzialmente il testo. L'inchiostro è marrone vivo e bene leggibile, salvo delle rasure di difficile spiegazione al rigo 8.

In^a nomine Christi, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, indicione / decima, die ultima mensis octubris, presentibus magistro [...]io qui fuit de Pl(a)gino, / Leonardo dicto Rudiel calcifce, Dumi(n) filio Lisse de Tavangnaco, Antonio filio / quondam Butonis, Viduscio calcifce qui fuit de villa [sancti]^b Viti, Cussetto tavernario / de burgo Utini superioris testibus et aliis. Petrus faber de Utino qui fuit de Gay, precio / trium marcarum et medie denariorum monete Aquilegensis quod precium in integr(o) confessus fuit se habuisse et / recepisse a Iohanne fabro de Utino filio suo et sibi numeratum, solutum e datum precium esse, renunci/ans exceptioni non habiti [...]° dati sibi precii tempore huius contractus et omni legum auxilio, / dictus Petrus de sua tenuta pro predicto precio et pro se suisque heredibus vendidit, tradidit atque cessit / nominato Iohanni pro se et suis heredibus et cui dare voluerit r(ecipie)nti unam suam domum cum solo et / edificio et pertinentibus ei sitam in burgo Utini superiori, iure livelli. Confines cuius tales / sunt: ab oriente

^a La ì iniziale è allungata e ornata.

^b Si propone questa integrazione sulla lacerazione.

^c La rasura accennata elimina alcune parole per mm 35.

labitur Rivulus, a meridie possidet Aynçuttus calcifex de Utino et dividitur / una domus ab alia sicut dividunt duo culumelli, videlicet anterior et posterior, dictarum / domorum per medium [...] ^d septentrione possidet dictus Iohannes vel / si qui alii sunt confines, quam vendicionem et cessionem ei fecit presentibus Viduscio et Cus/setto predictis volentibus et consencientibus. Ita tamen quod ipse Iohannes et heredes eius omnes tam masculi / quam femine possint ac valeant deinceps et imperpetuum dictam domum cum pertinentibus ei / habere, tenere, possidere, vendere, dare, donare, obligare, allienare, locare, permutare, legare / pro anima et corpore iure livelli, iudicare [totamque de ipsa] ^e suam facere voluntatem, solvo ^f iu/re livelli, sine omni contradicione et repeticione dicti Petri suorumque heredum vel alicuius alterius per/sone, cum omnibus et singulis que infra predictos continetur confines vel alii siqui forent, cum libero / introitu et exitu suo usque in viam publicam et cum omnibus et singulis que habet super se vel infra / seu intra se in integro, a celo usque ad abyssum atque cum omni iure, ratione et actione, dominio / et honore, usu seu requisitione dicte domui modo aliquo spectanti vel pertinenti de iure vel de / facto. Et si dicta domus valeret plus precio nominato, id quod plus valet dictus Petrus dedit / et donavit nominato Iohanni pure, libere et simpliciter donacione, que dicitur inter vivos, eandem promittens nulla iniuria seu ingratitude vel causa aliqua revocare. Ita tamen quod ipse Iohannes et / heredes eius et cui dederint domum predictam pro ficto livelli ipsius dare et solvere teneantur / annuatim in festo Natalis Domini vel octo diebus post Minio et Rossoni fratribus de villa / Utin(i) et eorum heredibus et cui commiserint in Utino, octo denarios monete Aquilegensis et non plus. / Promittens dictus Petrus cum obligatione bonorum suorum omnium presencium et futurorum et pro se suisque / heredibus nominato Iohanni suisque heredibus stipulanti de prenominata domo nec de aliquo eius iure / imperpetuum litem nec questionem aliquam facere vel movere, set eandem iure livelli ab omni / homine, persona et universitate qualibet impediante legitime defendere, auctorizare ac in solidum parte et toto racionabiliter disbrigare eis et cui dederint evidenter manutenere. / Dicens et confitens ipse Petrus se iamdictam domum nec aliqu(i)d ius ipsius nemini habere datam, ven/ditam, obligatam seu modo aliquo allienatam ante predictam vendicionem et cessionem factam in ipsum / Iohannem et heredes eius omneque dampnum et litis

^d Lacerazione nella pergamena di mm 54.

^e Lacerazione di mm 23, onde la lettura è parzialmente congetturale.

^f Evidente errore da correggersi in salvo.

expensas, quod vel quas dictus Iohannes vel / sui heredes pro predicta domo vel pro aliquo eius iure defendenda et manutenenda in iudicio / sive extra sustinuerint vel fecerint, nominatus Petrus pro se et suis heredibus eis ad plenum et in integrum reficere et resarcire promisit, in solo, simplici et largo verbo dicti Iohannis / et heredum eius sine sacramento, testibus vel alia probacione legitima [et]^g non facere vel veni/re contra predicta vel aliquid de predictis per se vel per alios seu per interpositas personas, racione aliqua vel occasione, sub pena dupli valoris dicte domus et melioracionis ipsius, sicut pro tempore / fuerit meliorata aut plus valuerit in extimacione bonorum virorum, minus quinque solidos / Veronensium parvulorum. Qua soluta et exacta vel non, predicta tamen omnia et singula perpetuo in / sua permaneant firmitate et obtineant plenum robur. Ad hoc dictus Petrus dedit / nominato Iohanni Viduscium predictum tenute nuntium, qui illum sua auct(oritate) de dicta domo po/neret in tenutam et possessione corporalem. Qui Viduscus nuntius tenute ibi incontinenti co/ram testibus predictis et me notario infrascripto, capiens per hostium de super dicta domo ipsum / dedit in manu dicti Iohannis et cum eo ipsius Petri auct(oritate) de dicta domo posuit in tenutam / et possessionem induxit corporalem ipsum claudendo et aperiendo, sicut mos est in terra Foriulii, / pro tota domo. Actum Utin(i) in domo dicti Aynçutti.

S.T. Et ego Dominicus dictus Glemonus de Utino imperiali auctoritate notarius / predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^g *Inchiostro evanido.*

1283, agosto 20, Cividale

Guglielmo di Scarletto da Cividale vende al canonico Leonardo da Faugnacco, rappresentante del Capitolo di Aquileia, al prezzo di 11 marche di denari aquileiesi, delle quali dà quietanza, un proprio manso, sito Ziracco. Guglielmo nomina Guglielmo detto Sun quale fideiussore del contratto e nunzio in possesso. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 335x131, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 19. Al margine superiore sinistro in lapis di mano del sec. XX «1283, 20, VIII».

Attergati: di mano coeva o del sec. XIV «Carta mansi de Çeraco empto a Willelmo de Scarleto II^{LXXXII}» con VI depennato. Di mano del sec. XVII o XVIII «1283 N° XV.G.Z»; coeva «Ziraco 1283, 20 agosto» e del sec. XIX «Capitolo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «19 C».

La pergamena è in buono stato di conservazione con inchiostro nero di agevole lettura.

In^a nomine Christi, amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo / octuagesimo tercio, indicione undecima, die duodecimo exeunte / augusto, in Austria civitate apud ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, presentibus / Conrado de Martignaco canonico Civitatensi, Willelmo dicto / Sun, Bertolotto notario de Civitate, Meynardo de Aquilegia et / aliis pluribus. Dominus Willelmus de Scarleto de Civitate / pro precio et foro undecim marcarum denariorum Aquilegensis monete, / quod totum fuit confessus et contentus habuisse et integre rece/pisse a domino Leonardo de Faugnaco canonico Aquilegens(i), / renuncians exceptioni non habiti et non recepti precii tempore huius contractus et omni / legum et iurium auxilio, tam canonici quam civilis omnique alii suo iuri, accioni, / exceptioni, defensionis et rei sibi competentibus et competituris, per se / suosque heredes vendidit, dedit et tradidit dicto domino Leonardo / pro se et capitulo Aquilegensis ecclesie recipienti, iure proprii man/sum unum situm in Çeraco, qui regitur per Fedelem et solvit / singulis annis nomine census starios frumenti quatuor, milii totidem, / annone totidem, congios vini duos, octo denarios Aquilegenses et / gallinas duas, cum campis et terris cultis et incultis, pratis, / silvis, domibus, sediminibus, curiis,

^a La i iniziale è allungata e ornata.

ortis, vineis, clausuris, / pascuis, com(m)unis, aquis, arboribus, vitibus, plantis, sepibus / et fossatis et cum omnibus et singulis que habet super se seu / intra vel infra se in integrum omnique iure, accione, usu, / requisicione, servitute, dominio et honore, commodo et utilitate / sibi ex dicto vel pro dicto manso seu ad dictum mansum de iure / vel de facto modo aliquo pertinentibus. Ad habendum, tenendum, / possidendum et quicquid dicto capitulo Aquilegensi deinceps placuerit perpetuo faciendum, promittens dictus venditor per se / suosque heredes prefato domino Leonardo pro dicto capitulo, et cui / dare voluerit, stipulanti de predicto manso vendito seu aliquo / iure ipsius numquam litem vel questione aliquam facere vel movere. / Imo cum ab omni homine, universitate, colegio, ecclesia et persona / in racione legitime defendere, manutenere, auctorizare et dis/brigare omneque dampnum et expensas litis et extra integre / resarcire, set contra predicta vel predictorum aliquid per se vel / altrum aliquo tempore dicere, facere vel venire racione aliqua, / dolo, ingenio sive causa, sub pena dupli dicti mansi, / ut pro tempore plus valuerit, minus quinque solidis Veronensium parvorum/, in singulis et pro singulis supradictis capitulis stipulata atque / promissa. Qua soluta vel non, presens enim instrumentum obtineat / plenum robur. Pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter / observandis dictus Willelmus Sun cum obligatione suorum bonorum / fideiussor extitit et legitimus defensor in iure. Sic quod datur fuit predictus Willelmus in nuncium qui dictum dominum Leonardum / seu capitulum predictum in tenutam et corporalem dicti mansi / possessionem inducat.

S.T. Ego Ottobonus de Woluesano imperiali et / patriarchali auctoritate notarius predictis interfui et / rogatus scripsi.

1289, luglio 9, Udine

Giacomo custode della chiesa di S. Maria di Udine si costituisce alla presenza di Gilone di Villalta, arcidiacono aquileiese, allo scopo di protestare perché l'arcidiacono ha convocato il sinodo del clero del proprio arcidiaconato nella chiesa di S. Maria di Udine senza averne fatto richiesta al medesimo custode e al capitolo collegiale. La protesta è fatta per evitare che tale fatto ingeneri pregiudizio alla giurisdizione e ai diritti della medesima collegiata, che dipende direttamente dal patriarca. L'arcidiacono riconosce tali diritti e prega il custode di lasciare celebrare il sinodo, convocato in tale sede per maggiore comodità. Il custode dà il suo assenso.

Originale membr., mm 210x113, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 20.

Attergati: di mano del sec. XVII o XVIII «1289 Protestatio facta archidiacono Aquilegensis per dominum Iacobum custodem collegiate ecclesie Utinensis, protestantem absque sui et capituli Utinensis licentia nolle illum celebrare synodum in maiori sua ecclesia». Al margine inferiore destro in lapis di mano del sec. XX «20 C».

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni, salvo ampie macchie d'umidità che penetrano dal margine destro. L'inchiostro è marrone e abbastanza evidente, salvo al rigo 1, leggermente evanido.

In nomine Christi, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo nono, indicione / secunda, die nona intrante iulio, presentibus dominus Aynço decano Sancti / Felicis Aquilegensis, Laçaro archipresbitero seu vicario venerabilis viri G. / archidiaconi Aquilegensis, Ph(lippo) de Utino plebano de Luçinico te/stibus et aliis. Dominus Iacobus custos maioris ecclesie Utinensis in pre/sencia venerabilis viri domini Guuilonis de Vilalta Aquilegensis / archidiaconi constitutus proposuit dicens: domine archidiacone, vos / vocastis clerum vestri archiadonatus hodie ad synodum cele/brandum in maiori ecclesia Utinensi, nec me nec capitulo requi/sito. Ubi nichil habetis facere. Quia ego ecclesia et ca/pitulum Utinensem inmediate spectamus ad dominum patriarcham Aquilegensis et non ad vos, nec archidiaconum Aquilegensis nec huiusmodi unquam / ad predecessorem vestrum. Quare peto nomine meo, ecclesie et ca/pituli Utinensis quatenus placeat vobis in hoc taliter vos habere quod / non sit ecclesie nostre et nobis possit propter vocacionem huiusmodi in / preiudicium

in posterum generari. Quibus sic propositis, dictus dominus / archidiaconus respondit quod bene sciebat et recognoscebat (quod) / in maiori ecclesia Utinensi nichil facere habebat, nec in clerum / ipsius ecclesie, set rogabat hoc de gratia speciali, quia com/modius in ecclesia Utinensi poterat synodum vocari propter oportuni/tatem loci et terre (meditalium). Cuius petitioni ob hoc annu/it dictus custos, nolens per hoc sibi et ecclesie Utinensi et ca/pitulo preiudicium in posterum generari. Actum Utini in do/mo domini Nicholai domine Palme.

S.T. Et ego Nicholaus de Utino imper/iali auctoritate notarius predictis omnibus interfui / et rogatus scripsi.

1290, maggio 4, Cividale

Il patriarca Raimondo della Torre e il Capitolo di Aquileia convengono di commettere a una sentenza arbitrale, affidata al collegio composto da Pagano della Torre tesoriere capitolare per il patriarca e Ermanno da Udine canonico aquileiese per il Capitolo, la definizione fiscale e reddituale della permuta della pieve di Marano contro la pieve di S. Margherita di Gruagno, effettuata tra il patriarca e il Capitolo. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 502x440, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 21. Al margine superiore sinistro in lapis di mano del sec. XX «1290, 11, V».

Attergati: di mano coeva «Congambium factum cum domino R. patriarcha de terra Marani et plebem Sancte Margarete ac aliorum mansorum» con segno di richiamo a integrazione posta sopra, non chiaramente intelligibile. Di mano del sec. XIV «MCCLXXXX, die IIII^{to} maii, transcriptum per me Alexandrum notarium». Di mano del sec. XV «De permutatione Mariani et Sancte Margarete». Il numero d'inventriazione di mano del sec. XVIII «N° 9.F». Di mano del sec. XVIII o XIX «Sancta Margarita. 1290, 4 maggio. 1290, 28 giugno. Capitulo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «21 C».

La pergamena è in buono stato di conservazione con inchiostro nero ben visibile. Tracce della rigatura con foratura ai lati e tracce in piombo. Qualche macchia di umidità che non altera il testo. Tracce delle piegature antiche. La pergamena contiene i documenti 21 e 21 bis.

In nomine Christi amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducesimo nonagesimo, tertie indiction(is), die quarto intrante maio, in Austria civitate, in lobia palatii patriarchalis; presentibus dominis / Antonio decano ecclesie Concordiensis, presbitero Montanario plebano plebis de Alba ecclesia, magistro Iacobo plebano Mosse, magistro Iohanne de Lupico et Guilielmo de Civitate notariis / domini patriarche Aquilegensis, Carlino de Domo castaldione Antri, Vanarino et Ambrosino ostiariis eiusdem domini patriarche testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis. Reverendus pater / et dominus Raymundus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha ex parte una et viri venerabiles capitulum ecclesie Aquilegensis videlicet domini Mathias de Mels, magistri Albericus / cantor, Laurentius, Leonardus de Faunaco, Lodoicus et Iacobus de

Civitate, Hermannus et Iacobus de Utino, Leonardus de Fagedis, Phylipponus et Paganinus / de Lature thesaurarius et magister Gualterus de Civitate canonici Aquilegensis ad hoc ibidem specialiter congregati ex altera, communiter et concorditer compromiserunt in dictos dominos / Paganinum thesaurarium acceptum pro parte dicti domini patriarche et Hermannum de Utino canonicum Aquilegensem electum pro parte dicti Aquilegensis capituli tamquam in arbitros / arbitratore et amicabile compositores et taxatores super permutatione de plebe Marani pro plebe Sancte Margarete de Gruanio facta inter dictum dominum patriarcham et Aquilegense / capitulum antedictos, prout in instrumento publico per me Nicolaum subscriptum notarium super huiusmodi permutatione confectum plenius continetur, ut predicti arbitri comuniter et concorditer taxatis et eque / pensatis omnibus iuribus, possessionibus et redditibus tam terre Marani quam plebis Sancte Margarete predictarum, videant, determinent, arbitrentur, addant et diminuunt atque taxent quid per / partem unam parti alteri sit addendum vel imminuendum. Ita quod neutra ipsarum partium super ipsa permutatione decipi valeat vel fraudari. Promittentes vicissim dicte partes dictus / videlicet dominus patriarcha cum obligatione bonorum patriarchatus et capitulum cum obligatione bonorum eiusdem Aquilegensis capituli omnium presentium et futurorum et omnium dampnorum et expensarum litis et / extra et interesse refectione habere et tenere perpetuo ratum et firmum et gratum quicquid per dictos arbitros et taxatores comuniter et concorditer super hoc infra mensem proximo sequaturum / arbitrium fuerit, taxatum, ordinatum, additum vel etiam diminutum, ubicumque, quoandocumque et quotienscumque partibus, presentibus vel absentibus, dum tamen citatis, die feriata et non feriata, alte et / basse, pro eorum libito voluntatis, sub pena mille marcharum denariorum Aquilegensis monete eaque soluta vel non, nichilominus presens compromissum et arbitrium ferendum super hoc obtineant plenum robur, que totiens peti et exigi possit quotiens commictetur in ipsis. Cuius pene medietas parti observanti huiusmodi arbitrium et alia medietas memoratis arbitris cedat per partem / que arbitrium ipsum infregerit persolvendum. Predictis anno et indictione, die autem penultimo maii, in loco predicto; presentibus dominis Rogerio plebano de Tyver, fratre Petro de Ca/rugate ordinis Humiliatorum, Alberto de Reponio familiaribus dicti domini patriarche testibus ad hec vacatis et rogatis et aliis. Ambe partes predictae comuniter et concorditer sub predictis modo,

forma / et pena dicti compromissi terminum prorogarunt usque ad festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum proximo secuturum.

S.T. Ego Iohannes de Lupico sacri imperii publicus notarius prout in notis Nicolai de Civitate publici notarii mihi per reverendum patrem dominum Petrum Dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcham commissis repperii, presens instrumentum conscripsi et publicavi.

21 bis

Ermanno da Udine e Pagano della Torre, canonici del Capitolo di Aquileia, nella veste di arbitri, emettono sentenza arbitrare riguardo la perequazione reddituale e fiscale della permuta intervenuta tra il patriarca Raimondo della Torre e il Capitolo di Aquileia della pieve di Marano contro la pieve di S. Margherita di Gruagno. Si stabilisce che la perequazione si verifichi con la cessione da parte del patriarca in favore del Capitolo di 32 marche di redditi, tratti dai mansi delle gastaldie di Ajello e Trivignano, del tutto esenti da ogni imposizione.

In Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitat[is] millesimo ducentesimo nonagesimo, tertie indiction[is], die tertio exeunte iunio, in Civitate Austria, in lobia palatii patriarchalis; presentibus presbitero Eliprando, ma/gistro Guillelmo vicario domini R. patriarche Aquilegensis in Civitatensi ecclesia, magistro Thoma clerico ecclesie Sancti Iohannis de Padua, magistro Iohanne de Lupico notario dicti domini patriarche et Dominico de Civitate notario / testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis. Domini Hermannus de Utino et Paganus de Lature canonici Aquilegenses coram reverendo patre domino Raymundo Dei gratia patriarcha Aquilegen[si] et venerabilibus viris capitulo Aquilegen[si], videlicet dominis Mathis de Mels, Alberico cantore, magistro Laurencio, Lodoyco et Iacobo de Civitate, Phylippone de Lature canonicis Aquilegensibus, de ipsorum voluntate tulerunt infrascriptum arbitratum in scriptis sic dicentes: In nomine patris et filii et Spiritus sancti, amen. Nos Hermannus et Paganus canonici Aquilegenses arbitri arbitratore et amicabile[rum] compositores super additionibus faciendis / de possessionibus et iuribus et redditibus plebis de Gruagno ad plebem et terram Marani, dicimus, pronuntiamus et volumus quod reverendus pater dominus Raymundus patriarcha Aquilegen[si] det tri/ginta duas marchas in redditibus Aquilegen[si] capitulo in mansis castaldiarum Agelli et Trivignani, secundum quod nos ipsi mansos ipsos duximus eligendos, computando frumentum, vinum et / et^a aliud bladum secundum extimationem factam de redditibus plebium Gruagni et Marani. Ita quod dictum capitulum habeat libere dicta bona cum omni iure, dominio et servitute et com/putando collectas, carratica vel alia quevis iura. Reservantes nobis declarationem,

^a Evidente errore dello scriba.

interpretationem et expositionem omnium supradictarum, si aliquo tempore questio super premissis aliqua oriretur. Data est mihi Nicolao a partibus licentia et libera potestas huiusmodi arbitrium conficiendi cum omni sollemonitate qua debet de consilio sapientum et cum omni melioramento, non mutata negotii qualitate

S.T. Ego Iohannes de Lupico sacri imperii publicus notarius prout in notis Nicolai de Civitate publici notarii mihi per reverendum patrem dominum Petrum Dei gratia sancte Aquilegensis sedis / patriarcham concessis, repperii, presens instrumentum conscripsi et publicavi.

1291, novembre 19, Gemona

Federico quondam Enrico di Prampero da Gemona vende al canonico aquileiese Giacomo da Udine, rappresentante e vicedomino del Capitolo di Aquileia, al prezzo di 6 marche e mezzo di denari aquileiesi, delle quali dà quietanza, il suo diritto al reddito di 26 denari aquileiesi su due mansi, siti in Carnia presso la villa di Priola. Federico nomina Odolrico di Prampero quale fideiussore del contratto e Gossone di Prampero quale nunzio di possesso. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 317x172, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 22. Al margine superiore a sinistra in lapis di mano del sec. XX «1290, 19, XI».

Attergati: di mano coeva ma con sovrascritture moderne «Instrumentum super bonis [...] in Carnea a domino Federico de Pramperch». Di mano moderna alcune parole sovrascritte non leggibili. Numero d'inventariazione di mano del sec. XVII o XVIII «N° XIII.C.». Di mano del sec. XVIII «Priola in Cargna, 1291, 19 novembre». Di mano del sec. XIX «Capitolo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sc. XX «22 C».

Il supposto scrittorio è in buone condizioni, salvo qualche macchia che non intacca però la leggibilità. L'inchiostro tende al marrone.

S.T. In nomine Dei eterni, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo CC LXXXX / primo, indictione III^{ta}, die XII exeunte novembre; presentibus hiis te/stibus rogatis et vocatis, videlicet domino Odolrico de Pramperch, / domino Standino presbitero de Sancto Daniele, Iohanne Wolframmi de Glemona, / Hermannucio de Carnea, Gossone de Pramperch, Ulvino eiusdem loci / et aliis pluribus. Dominus Federicus de Pramperch filius quondam domini Hen/rici de Glemona per se suosque heredes vendicionis nomine et precio sex marcha/rum et med(ie) denariorum Aquileg(i)ensis monete diffinito, suluto et accepto nomine / proprii, vendidit, tradidit, contuilit atque dedit domino Iacobo de Utino cano/nico Aquileg(i)ensi vicedomino capituli ecclesie Aquileg(i)ensis recipienti pro predicto ca/pitulo vel cui dictum capitulum hoc suum ius dederit, redditus viginti / sex denariorum Aquileg(i)ensis monete, qui denarii solvuntur per Petrum Balbusium / ex una parte et Henricum et Petrum fratres filii quondam Egidii Scapollonis / ex altera

de villa Prioula in Carnea de duobus mansis scitis^a in predicta / villa qui reguntur per predictos Petrum Balbusium, Henricum et Petrum cum omni / iure et actione reali et personali, utili vel directe pertinenti de iure vel de facto / de predictis XXVI denariis redditibus et proprio, ad habendum, tenendum, possidendum, / dandum, donandum, vendendum, obligandum, alienandum et quicquid dicto / capitulo et eius successoribus a modo placuerit perpetuo faciendum de / de^b predictis redditibus et proprio, sine omni contradicione dicti domini Federici vel here/dum eius aut alterius alie persone. Promittens dictus dominus Fedricus venditor per se / suosque heredes predicto capitulo absentis et eius successoribus vel cui hoc su/um ius dederit nec litem nec controversiam aliquam movere per se vel per aliam in/terpositam personam, set predictos redditus et proprium, ut dictum est, ab omni homine / et universitate in r(ati)one legitime deffendere, auctorizare, warentare et / manutenere et non contravenire ratione aliqua vel occasione, fraude vel ingenio, sub pena / dupli extimacionis dicti proprii, ut pro tempore plus valuerit in consili, loco vel melio/ri, minus quinque solidis Ve(ronensium) parvorum cum obligatione omnium bonorum suorum mobilium / et immobilium presencium et futurorum. Pro quibus omnibus attendendis, supradictus dominus Odol/ricus de Pramperch plebanus de Goez extitit fideiussor et mautenutor et /omne dampnum et expensas quod vel quas facit dictum capitulum manutenendo dictum / proprium resarcire promis(it), sub ypotheca omnium bonorum suorum, pena qu(e) soluta / vel non, tamen omnia predicta semper suum robur obtineant firmitatis. Nuncius / tenute Gossus testis supranominatus^c plebano de Goez.

Actum Glemone in po(rti)cis ante domum Iohannis Wolframmi, feliciter.

Ego Iacobus de Glemona imperiali auctoritate notarius consitutus interfui / et hanc cartam rogatus Scripsi.

^a *da correggersi in sitis.*

^b *evidente errore dello scriba.*

^c *Dopo supranominatus intercorre uno spazio bianco di mm 29 con un segno non decifrabile, forse di richiamo, ma non è possibile ritrovare il luogo d'inserimento.*

1290, maggio 4, Cividale

Il patriarca Raimondo della Torre e il Capitolo di Aquileia permutano la pieve patriarcale di S. Margherita di Gruagno contro la pieve capitolare di Marano con tutti i loro diritti e pertinenze. Siccome poi i redditi di Marano superano quelli di S. Margherita, si stabilisce che la permuta venga perequata mediante il conferimento suppletivo al Capitolo di 4 mansi patriarcali siti presso la villa di Percoto, di 8 mansi e un possedimento patriarcali siti presso la villa di Trivignano, di un baiarzo sito presso la medesima villa, di una canipa con baiarzo presso Trivignano, di altro 8 mansi patriarcali siti presso Ajello, come da sentenza arbitrale emessa da apposito collegio, formato dai canonici aquileiesi Pagano della Torre ed Ermanno da Udine. Clausole di garanzia consuete.

Copia da registro del notaio Niccolò da Cividale, membr., mm 583x480, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol I/bis, n° 23. Al margine superiore sinistro in lapis di mano del sec. XX «1290, 4, V».

Attergati: di mano coeva «Congambium de terra Marani cum plebe Sancte Margarete et mansis Perchoti, Trivignani et Agelli MCCLXXXX, die IIII maii». Di mano del sec. XIV «transcriptum per me Alexandrum (Utinensis) notarium». Di mano del sec. XV «Permutatio terre Marani cum plebe Sancte Margarete. M.M. 1290». Di mano del sec. XVII-XVIII «Marano 1290. 4 maggio. 1290, 27 giugno». Numero d'inventariazione di mano del sec. XVII-XVIII «N° .1°». Di mano del sec. XIX «Capitolo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «23 C».

La pergamena è in buono stato di conservazione, salvo qualche piccola macchia che ne altera la superficie. Nella complectio notarile una macchia sul testo non ne rende impossibile la lettura. Tracce delle rigature in piombo e delle antiche piegature.

In^a Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo nonagesimo, tercię indiction(is), die quarto intrante maio, in Austria Civitate, in lobia palatii patriarchalis; presentibus dominis Antonio decano ecclesie / Concordiensis, presbitero Montanario plebano plebis de Alba ecclesia, magistro Iacobo plebano Mosse, magistro Iohanne de Lupico et Guillelmo de Civitate notariis domini patriarche Aquilegensis, Carlino de Domo castaldione An/tri, Vanarino et Ambrosino ostiariis eiusdem domini patriarche testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis. Reverendus pater

^a La i è allungata e ornata.

dominus Raymundus Dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha ex parte una et viri venerabiles / capitulum Aquilegensis ecclesie ex altera, videlicet domini Mathias de Mels, magistri Albericus cantor, Laurentius, Leonardus de Faunaco, Lodoycus et Iacobus de Civitate, Hermannus et Iacobus de Utino, Leonardus / de Fagedis, Phylipponus et Paganinus de Lature thesaurarius et magister Walterius de Civitate canonici Aquilegenses ex altera, vocatis et citatis ibidem propter hoc hodie specialiter congregatis omnibus de ipso capitulo, qui per hoc fue/rant evocandi, considerantes quod redditus, iurisdictiones et possessiones et iura alia quocumque nomine censeantur pertinentia ad plebem et terram Marani olim prefato Aquilegensi capitulo per bone memorie dominum Popone patriarcham Aquilegensem / collatam per varia et diversa expensarum onera que ipsi capitulo ex dicta plebe et terra imminent maxime occasione guerrarum, discriminum, divisorum non erant eatenus utiles ut debebant quidque prefato domino patriarche predicti redditus, proventus et / possessiones, iurisdictiones et iura magis reddundare pot(er)unt in posterum ad commodum et profectum attendentesque quod redditus, proventus et possessiones, iurisdictiones et alia iura quocumque nomine censeantur pertinentia ad plebem Sancte Margarete de Gruagno Aquilegensis diocesis que ad collationem eiusdem domini patriarche pertinent et in cuius possessione vel quasi erat idem dominus patriarcha utilitati eiusdem capituli decentius adiacerent, tractatu et deliberatione inter se prehabitis diligenter eque pensatis utilitatibus / tam dicti domini patriarche quam Aquilegensis capituli antedicti, redditus, proventus, possessiones, iurisdictiones et alia iura quocumque nomine censeantur dicte plebis ac terre Marani pro redditibus, proventibus, possessionibus, iurisdictionibus et iuribus aliis quocumque nomine cense/antur plebis Sancte Margarete predicte decreverunt unanimiter et concorditer permutare. Et sic memoratus dominus Raymundus patriarcha per se [et]^b suos successores suo et ecclesie Aquilegensis nomine permutavit, cambiavit et in cambium dedit et tradidit / prefato Aquilegensi capitulo pro se suisque successoribus recipienti omnes redditus et proventus plebis Sancte Margarete predicte, cum mansis, decimis, decimationibus, quartisiis, pratis, campis, silvis, nemoribus, terris cultis et incultis, / pascuis, comuniis, domibus, ortis, sediminibus, orreis, curiis, vineis, bazarçiis, piscationibus, venationibus, aquis, aqueductibus, arboribus, vitibus, plantis, sepibus, rivalibus et fossatis et omnibus et singulis / que habent supra se, inter seu infra

^b *Si propone questa integrazione a una evidente dimenticanza dello scriba.*

se, cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, cum viis et inviis omnique iure, actione, usu, requisitione, servitute, dominio et honore, commodo et utilitate ipsi domino patriar/che pro predictis seu aliquo predictorum aliquo modo pertinentibus de iure vel facto et cum omni iure quo ipsum capitulum dictam terram Marani habebat, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto capitulo Aquilegensi et eorum successoribus deinceps placuerit faciendum. Et hec pro terra et villa Marani et pro redditibus et proventus quos dictum capitulum in dictis terra et villa Marani habet vel habere debet seu potest et eorum pertinentiis et districtibus. Quos quidem redditus et proventus / terram et villam Marani et quicquid habet dictum capitulum in ipsis et earum pertinentiis prefatum capitulum per se suosque successores pro dictis redditibus et proventus plebis Sancte Margarete in omnibus eius pertinentiis supradictis permutavit, cambiavit, / et in concambium dedit et tradidit dicto domino patriarche pro se suisque successoribus recipienti cum insulis, paludibus, campis, pratis, decimis, decimationibus, quartisiis, mansis, silvis, terris cultis et incultis, pascuis, comuniis, / domibus, orreis, sediminibus, curiis, ortis, vineis, bazarciis, piscationibus, venationibus, aquis aqueductibus, arboribus, vitibus, plantis, sepibus, rivalibus, fossatis ac omnibus et singulis que habent supra se, intra / seu infra se, cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas cum viis et inviis omnique iure, actione, usu, requisitione, dominio, servitute et honore et commodo ipsi capitulo pro predictis seu aliquo predictorum quoquo modo pertinentibus de iure vel de facto, tam in terra quam in mari, et cum ripatico seu iure quod habet in Carlino et Muzana, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto domino patriarche suisque successoribus deinceps placuerit faciendum. / Quas quidem res taliter permutatas dicte partes contrahentes inter se alterius nomine se constituit possidere donec utraque dictarum rerum sibi datarum in concambium possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi et retinendi auctoritate propria / altera pars alteri de iure ac facto licentiam contulit et omnimodam potestatem. Promiserunt insuper dicte parte contrahente per se suosque successores sibi adinvicem stipulantes, scilicet dictus dominus Raymundus patriarcha cum obligatione omnium bonorum Aquilegensis ecclesie / patriarchalium et prefatum capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsius capituli predicta omnia a se permutata ab omni homine, universitate, ecclesia et collegio et persona legitime defendere, manutenere, auctorizare ac in solidum disbrigare numquamque de ipsis / vel

aliquo ipsorum iure per se vel alterum movere litem, questionem seu controversiam ullam dictamque permutationem perpetuo ratam, firmam et gratam habere atque tenere, nec contra predicta vel eorum aliquid dicere, facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa / omneque dampnum et litis expensas quod vel quas una pars occasione alterius pro predictis vel aliquo predictorum sustinuerit in iudicio sive extra integre resarcire, sub pena trium milium marcharum denariorum Aquilegensis monete in singulis capitulis stipulata et pro/missa que totiens peti possit et exigi quotiens committetur in ipsam eaque soluta vel non presens contractus nichilominus obtineat plenum robur. Renuntians etiam utraque pars omni iuri canonico et civili privilegio, statuto, laudo, consuetudini, litteris impetratis vel impetrandis et omni alii iuri quibus possent dicere vel facere contra predicta vel aliquid predictorum. Predictis quoque anno et indictione, die tertio exeunte iunio, in civitate Austria, in lobia palatii patriarchalis; presenti/bus presbitero Eliprando, magistro Guillelmo vicario dicti domini R. patriarche vicario in Civitatensi ecclesia, magistro Thoma clerico ecclesie Sancti Iohannis de Padua, magistro Iohanne de Lupico notario eiusdem domini patriarche, Dominico de Civitate notario et aliis testibus / ad hoc vocatis et rogatis et aliis. Cum temporalia supradictarum terre et plebis Marani multo excederent temporalia dicte plebis Sancte Margarete de Gruanio et super faciendis addictionibus per dictum dominum patriarcham ipsi Aquilegensi capitulo / compromissum fuisset tam per ipsum dominum patriarcham quam per capitulum Aquilegense in venerabiles viros dominos Hermannum de Utino et Paganum de Lature canonicos predictae Aquilegensis ecclesie, supradictus dominus patriarcha per se suosque successores / suo et Aquilegensis ecclesie nomine in supplementum eius qu(i)d temporalia ipsius plebis Sancte Margarete de Gruanio minus valent dicta terra Marani et temporalibus plebis eiusden addidit, permutavit et in concambium dedit et tradidit venerabi/libus viris dominis Mathie de Mels vicedecano et capitulo ecclesie Aquilegensis ibidem propter hoc specialiter ad capitulum congregatis, pro se ac suis successoribus recipientibus iure proprii infrascriptos mansos et terras, silicet quattuor man/sos iacentes in villa Percoti, quorum unus regitur per Mal(um) alius per Martinum et Nicolaum, tertius per Thomasinum, quartus per Blasium. Item octo mansos iacentes in villa Trivignani, quorum unus regitur per Çig(no)num alius per Symo/nem, tertius per Iacobum Marini, quartus per Iacobum de Muris, quintus per Martinum rodarium et Marzuctam, sextus per Romanum et Rugpam, septimus per

Coff(a)num, octavus per Andream. Item terras seu mansum quas seu quem tenent/nt^c Cassani, Fradanus, Lucas et fradis faber in eadem villa Trivignani. Item bazarcium in eadem villa Trivignani quod tenet dictus Cygnonus. Item in ipsa villa eadem canipam et bazarcium quam et quod tenetur Romanus et Marzucta. Item in villa Agelli / octo mansos, unus quorum regitur per Marchiussium, alius per Iuannuctum, tertius per Plactussum, quartus per Fabam, quintus per Dominicum, sextus per Andream, septimum per Martinum, octavus per Mozus cum campis, pratis, silvis, nemoribus, terris / cultis et incultis, pascuis, comuniis, domibus, orreis, sediminibus, curiis, ortis, vineis, bazarciis, piscationibus, venationibus, aquis aquarumque ductibus, arboribus, vitibus, plantis et sepibus, rivalibus et fossatis / et omnibus et singulis que habent supra se, intra seu infra se, cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, cum viis et inviis, cum copulatio et usu silve omnique iure, iurisdictione, actione seu requi/sitione, usu, servitute, dominio, honore, comodo et utilitate sibi pro dictis seu ex dictis rebus aut ad dictas res modo aliquo pertinentibus de iure vel facto, iurisdictione sanguinis et furti dumtaxat exceptis, ad habendum, tenendum, possiden/dum et quicquid dictis vicedecano, decano et capitulo et eorum successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum pro terra et villa Marani seu pro omnibus et singulis que habent in terra et villa predictis et earum pertinentiis et districtibus. Quas / siquidem terram et villam seu quecumque habent in ipsis et earum pertinentiis et districtibus dicti vicedecanus et capitulum per se suosque successores pro dictis mansis, terris, bazarciis et canipa permutarunt, cambiaverunt et in concambium dederunt et tradide/runt iure proprii et pro temporalibus dicte plebis Sancte Margarete de Gruanio dicto domino patriarche pro se suisque successoribus recipienti cum insulis, paludibus, campis, pratis, silvis, nemoribus, terris cultis et incultis, pascuis, communiis, / domibus, orreis, sediminibus, curiis, ortis, vineis, bazarciis, piscationibus, venationibus, aquis aquarumque decursibus, arboribus, vitibus, plantis, sepibus, rivalibus et fossatis et omnibus et singulis que habent supra se / intra se, infra se cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas cum viis et inviis omnique iure, iurisdictione, actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, honore, commodo et utilitate sibi pro dictis seu ex dictis / rebus aut ad predictas res modo aliquo pertinentibus de iure vel facto, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid eidem domino patriarche

^c *Evidente errore dello scriba.*

suisque successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quas quidem res taliter permutatas dicte par/tes contrahentes inter se altera alterius nomine se contituerunt possidere, donec utraque dictarum rerum datarum in concambium possessione, acceperit corporalem. Quam accipiendi et retinendi auctoritate pro(pri)a altera alteri de iure et facto licentiam contulit / et omnimodam potestatem. Promiserunt insuper per se suosque successores dicte partes contrahentes sibi invicem altera alteri pro se ac suis succesoribus stipulanti, silicet dictus dominus patriarcha cum obligatione omnium bonorum Aquilegensis ecclesie et prefati / vicedecanus et capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsius capituli numquam de dictis rebus a se permutatis seu ipsarum aliqua, nec de aliquo iure ipsarum seu alicuius earum per se vel alterum movere litem, questionem vel controversiam / ullam, set ipsas et earum quamlibet ab omni homine, universitate et ecclesia et persona legitime defendere, manutenere, auctoriçare ac in solidum disbrigare umquamque contra predicta vel eorum aliquid per se vel interpositam personam dicere, facere / vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, set omne dampnum et expensas litis et extra et interesse sibi integraliter resarcire, sub pena trium marcharum denariorum dicte Aquilegensis monete, in singulis capitulis stipulata et promissa. Que / totiens peti et exigi cum effectu possit quotiens committetur in ea et ipsa soluta vel non presens tamen contractus et omnia que continentur in ipso habeant perpetuo plenum robur. Supradicta (quoque) permutatio dictarum plebium Marani et Sancte Marie de / de^d Gruagno de spiritualibus pro spiritualibus et temporalibus pro temporalibus facta fuit. Renuntiaverunt insuper dicte partes omni suo iuri tam canonico quam civili, privilegio, laudo, consuetudini et statuto et quibuslibet litteris inpe/tratis ac etiam impetrandis omnique alii suo iuri, actioni, exceptioni, defensionis et rei sibi competentibus et competituris cum quibus seu eorum aliquo contra predicta vel eorum aliquid possent dicere, facere vel venire vel de quibus in presenti instrumento / plenam et expressam fieri oporteat mentionem.

S.T. Ego Iohannes de Lupico sacri imperii publicus notarius prout in notis Nicolai de Civitate publici notarii mihi per reverendum patrem dominum Petrum Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham concessis reperii, presens instru/mentum conscripsi et publicavi.

^d *Evidente errore dello scriba.*

1295, luglio 29, S. Margherita in Gruagno

Il Capitolo di Aquileia, rappresentato dai canonici Pagano della Torre, Gilone di Villalta e Giacomo da Udine, permuta con Giacomo figlio di Rodolfo di Fagagna, procuratore del padre e della madre Maria, un proprio manso sito in Fagagna contro un manso sito in Martignacco, nella contrada detta Zurlgia. Il manso è pertinenza della pieve di S. Margherita di Gruagno. Il Capitolo nomina quale nunzio di possesso Gilone di Villalta, mentre Giacomo di Fagagna nomina il fratello Mainardo di Fagagna. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 433x181, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 24. Al margine superiore sinistro in lapis di mano del sec. XX «1294, 29, VII».

Attergati: di mano coeva «Commutatio mansi Faganee cum manso de Martingiaci et qualiter nuncius capituli / positus fuit in possessionem ipsius mansi II^{cc}LXXXXV». Numero d'inventariazione di mano del sec. XVII-XVIII «N° XXI». Di mano del sec. XVIII «Martignaco 1295, 29 luglio». Di mano del sec. XIX «Capitolo de Aquileia». Al margine superiore estro in lapis di mano del sec. XX «24 C».

La pergamena, che è stata restaurata, è in discrete condizioni, salvo una lacerazione all'altezza dei righe 23, 24 e 25, che intacca il testo. Tracce della rigatura in piombo. La pergamena contiene i documenti 24 e 24 bis.

In^a nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octava / die terciò exeunte iulio, in Grouan(io) ante fores ecclesie Sancte Margarete; presentibus dominis / Laçaro presbitero de Martingiaci, Martino presbitero de Coloreto, Çanino de Equilo, Corbilino / de Mediolano, Çania de Agar, Caveli ecclesiastico Sancte Margarete, Henrico dicto Carnello de / Utino et aliis pluribus. Cum venerabiles viri domini Paganus de Laturre decanus et capitulum sancte Aquilegensis ecclesie haberent unum mansum de proprio in Faganea, in loco qui dicitur Palud, rectum per Martinum filium quondam Glirissotte mulieris de eodem loco, spectantem ad plebem Sancte Margarete / de Grouanio qui solvebat IIII starios frumenti, III annone, III millei, III urnas vini ad (urnas) plebis / Sancte Margarete predicte, I spatulam et XVI denarios, venerabiles et discreti viri domini Paganus de La/turre decanus, Gillonus de Villalta archidiaconus et magister Iacobus de Utino canonici

Aquilegenses / nuncii per dictum capitulum Aquilegense specialiter ad hoc deputati nomine suo et vicem nomine capituli / Aquilegensis ac ecclesie Sancte Margarete predicte, prefatum mansum nomine concambii^b dederunt et tradide/runt prudenti viro domino Iacobo filio domini Rodulfi de Faganea procuratori ipsius domini Rodulfi ac domine Marie matris sue, prout continetur in quodam instrumento scripto manu Amici dicti Pitonis notarii / de Faganea nomine quo supra ipsorumque heredum recipienti, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, / pro anima et corpore legandum et quicquid sibi suisque heredibus deinceps placuerit tamquam de suo proprio perpetuo faciendum, / dantes sibi venerabilem virum dominum Gillonem archidiaconum sepefatum specialem ad hoc nuncium qui / memoratum Iacobum seu dominum Rodulfum eius patrem superius nominatum in tenutam dicti mansi ponere / ebetur ac in possessionem ipsius inducere corporalem. In concambio^c cuius mansi prefatus dominus Iacobus / pro se ac procuratorio nomine domini Rodulfi et domine Marie predictorum suorum heredum, dedit et in perpe/tuum tradidit predicto domino Pagano decano Aquilegensi recipienti pro se et capitulo Aquilegensi ac / ecclesie Sancte Margarete de Grouanio unum su[um ma]nsum^d situm in Martingiaco in contrata que / dicitur Çurlgia, rectum per Cancianum et Cosi[...]tem^e ipsius Canciani, qui solvit IIII^{or} / starios frumenti, IIII^{or} annone, IIII^{or} millei, IIII^{or} urnas vini ad (urnas) plebis Sancte Margarete sepedicte, II / spautlas, XVI denarios et II sectores, ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, commutandum / et quicquid sibi suisque successoribus deinceps placuerit tamquam de suo ac ecclesie Sancte Margarete predicte / proprio perpetuo faciendum absque contradictione tam sua suorumque heredum quam alterius cuiuscumque viventis persone. / Et in hunc modum nominatus Iacobus nomine quo supra dedit sepefato domino decano Aquilegensi pro se / ac vice et nomine dicti Aquilegensis capituli recipienti Meynardum de Faganea fratrem suum pro / nuncio qui prefatum magistrum Iacobum de Utino canonicum Aquilegensem in tenutam et corporalem possessionem / dicti mansi inducere ac ponere debetur, loco et vice capituli prelibati.

^a La i è allungata.

^b Nel testo si ha congambii.

^c Nel testo si ha congambio.

^d Tra su e nsum il supporto scrittorio presenta una lacerazione.

^e La lacuna anzidetta rende impossibile la lettura del nome e della parola immediatamente successiva.

S.T. Ego Blasius de Aquilegia imperiali auctoritate notarius hiis omnibus / interfui et
rogatus scripsi.

24 bis

1295, luglio 29, Martignacco

Mainardo figlio di Rodolfo di Fagagna, nella veste di nunzio di possesso, immette il canonico aquileiese magister Giacomo da Udine, rappresentante del Capitolo di Aquileia, nel possesso del manso sito a Martignacco, dato in permuta al Capitolo medesimo.

In^a nomine Domini, amen, anno a nativitate eiusdem millesimo ducesimo nonagesimo quinto, indictione octava, / die terciõ exeunte iulio, in Martingiacõ in curiis infrascriptorum Canciani et Cosuli; presentibus / dominis presbitero Laçaro vicario in Martingiacõ, Laurentio, Pasculutto, Dominico dicto Lumbil(u)ttio / de Martingiacõ et aliis. Meynardus filius domini Rodulfi de Faganea nuntius domini Iacobi / de Faganea filii et procuratoris dicti domini Rodulfi et domine Marie ipsius uxoris de Faganea ad / ponendum in tenutam magistrum Iacobum de Utino canonicum Aquilegensẽ loco et vice Aquilegensis / capituli de manso sito in villa de Martingiacõ quem idem Iacobus eidem capitulo in concam/bium dederit prout in quodam publico instrumento manu mei Blasii notarii infrascripti sub anno, / indictione et die predictis confecto exinde plenius continetur. Idem Meynardus nuntius coram / me notario et testibus suprascriptis posuit magistrum Iacobum de Utino canonicum Aquilegensẽ in / tenutam et corporalem possessionem dicti mansi per palleas tecti mansi prelibati recipientem / possessionem et tenutam ipsius mansi loco et vice ac nomine capituli sepefati.

S.T. Ego Blasius de Aquilegia imperiali auctoritate notarius hiis omnibus / interfui et rogatus scripsi.

^a La i è allungata.

1294, aprile 24, Cividale

Il canonico cividalese Mattia di Mels dispone un legato testamentario, affidato all'esecuzione del decano cividalese Bernardo, di Benvenuto mansionario del Capitolo di Aquileia e del nipote Nuzio di Mels, come dal suo testamento. Mattia lega al Capitolo aquileiese un suo manso sito in Trivignano, affinché nella ricorrenza annuale del suo anniversario vengano fatte alcune elemosine e elargiti alcuni donativi.

Originale membr., mm 313x162/138, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 25. Al margine superiore sinistro in lapis di mano del sec. XX «1295, 25, III».

Attergati: di mano coeva «Instrumentum mansi de Trivingiano per dominum Mathiam de Mels legati capitulo pro suo anniversario faciendo II^{cc}LXXXVIII». Di mano del sec. XIV «Testamentum domini Mathie de Mels». Numero d'inventariazione del sec. XVII-XVIII «T N .XXIII. 1294». DI mano del sec. XVIII «Trivignano 1295, 23 aprile». Di mano del sec. XIX «Capitolo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «25 C».

La pergamena è in buone condizioni. L'inchiostro è nero tendente al marrone, con discreta leggibilità.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die septimo exeuntis / aprilis, in Austria Civitate, in domo infrascripti testatoris, presentibus domino presbitero Iuliano iu/niori canonico, Iohanne rubeo notario et Francisco subdiaconibus ecclesie Civitatensis, dominis Iohanne / Longo et Iohanne domini Ottonelli de Civitate, Bonafide de Mels calcifce et Barnaba de / Pola aurifice Civitate commorantibus ad hoc vocatis testibus specialiter et rogatis. Cum / venerabilis vir dominus Mathias de Mels Aquilegensis et Civitatensis ecclesiarum canonicus in (sasp)/tate^a mentis et corporis per Christi gratiam constitutus in suo ultimo testamento seu disposizione / fecisset et ordinasset plura legata et dispositiones et instituisset suos fidei/commissarios et executores venerabilem virum dominum Bernardum decanum et Benevenutum / mansionarium ecclesie Civitatensis nec non dominum Nutium de Mels nepotem suum prout / in ipso testamento per me notarium scripto plenius continetur, inter cetera ipse dominus Ma/thias legavit Aquilegens(i) capitulo mansum unum iacentem in Trivignano, rectum per Piçolum eiusdem loci, solventem annuatim de censu octo sextarias / frumenti, decem sextarias annone, sextarias milei sex et denarios

Aquilegenses quadraginta. / Tali modo et condicione quod de ipsis redditibus firi debeat
elimosine in suo anni/versario singulis annis pro anima sua. Ad quam elimosinam
faciendam ordinavit / quatuor sextarias frumenti et unum sextarium fabarum et pro
lignis et condimento ad ipsam / fabam parandam sedecim denarios Aquilegenses.
Insuper de ipsis redditibus ordina/vit quatuor denarios, videlicet unum pro uno duplerio
et reliquos tre qui offerri / debeant per officialem dicti capituli Aquilegensis in missa
que dicitur in communi in suo / anniversario supradicto. Residuum vero dictorum
reddituum dividi debeat inter / canonicos et mansionarios qui interfuerunt officio dicti
sui anniversarii / iuxta bonam consuetudinem que in dicta Aquilegens(i) ecclesia
observatur. Quam / quidem disposicionem et ordinacionem ego notarius infrascriptus
sumpsi de origina/li seu generali disposicione facta, ut superius continetur, per ipsum
dominum Mathiam / et per me postmodum in publicam formam redacta non mutando
litteram / neque sillabam que ipsius disposicionis possit sententiam inmutare. Et hoc
lega/tum seu hanc ultimam disposicionem et ordinacionem iussit, mandavit / et valere
voluit iure testamenti seu ultime voluntatis et dispo/sicionis aut iure codicillorum et alio
quocumque iure melius valere potest.

S.T. Ego Morandinus de Remançaco imperiali auctoritate notarius predictis omnibus
interfui et rogatus scripsi.

^a *Così il testo; forse è da correggersi in sanitate.*

Definizione del territorio appartenente al monastero di S. Martino alla Beligna. Vengono descritti i confini e si elencano i nomi dei coloni e dei detentori di livelli nel medesimo territorio.

Originale membr., mm , A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I7bis, n° 26. Al margine inferiore in lapis di mano del sec. XX «sec. XIII».

Attergati: di mano coeva «Carta de Pirano». Di mano del sec. XV «Beligna. Territorium Biliniensis monasterii (in Pirano)». Di mano del sec. XVII «Territorium abbatis Bellinie in Pirano». Di mano del sec. XVII-XVIII «Nota delli possessori» cui segue il nullo d'inventariazione «N° I» e «aBaB». Di mano del sec. XIX «Pirano senza data». Al margine superiore a destra in lapis di mano del sec. XX «26 C». Compare assai evanida una scritta di mano del sec. XIV al margine inferiore, non pertinente al documento: «Pregogna filius domini [Michaeli] dicet Gualconus quod [in] / occasione [segue «mansi» depennato] lignorum incisorum in manso sorori sue / Agnesie que [fit] Versie, abstulit bovem I precii unius / marche, cum dictus Pregogna esset provisor illius mansi / et dicet idem Gualconus quod nullam habuit culpam et / dampnum predictorum lognorum non erat ultra III^{or} Veronens(ium). / Fenossus decanus Villenove vulneravit graviter / predictum Gualconem de Medea. Hoc sciunt Pizolus de / Villanova, Petrus de Villanova, P(a)sser de Villa/nova, [Maior] de Villanova et alii».

La pergamena è stata restaurata e giace in discrete condizioni. L'inchiostro è nero tendente al marrone. Compaiono le tracce dell'antica piegatura. A volte è necessario ricorrere alla lampada di Wood per integrare la scrittura nelle pliche. Macchie d'umidità.

Istud est terratorium domini abbatis monasterii Santi Martini / de Belinia, in confinibus Pirani, in loco qui dicitur Seça et / tenet a fonte Gorgi sicut vadit via Albuçanius venied[...] ^a / ad aquarium noscedi et vadit usque ad fontem maiorem / et tendit usque ad flumen Fasani. / Isti sunt homines qui tenent de predicto terratorio: / Dominicus de Silvestro de Marçana. Item Martinellus de Marçana. / Item uxor olim Michaelis sclavi que manet in Siçolis. / Item Gerulus de Parere. Item Matheus filius olim Rachei. / Item Dominicus blancus. Item Henricus filius olim Altichasii. / Item dominus Cosa. Item Pappo de Cavaça. / Item [Walterius Gallegan. Item Matheus de

^a Il margine della pergamena è qui rovinato, interrompendo la scrittura.

Nobeciana.]^b / Item Iuanus marcinus de Carara. Item Albinellus de Dominico de Adamo. / Item Filippus marcinus. Item Andreas ^c de domino Iusto. / Item Albinus Seppa. Item Arpus marcinus. / Item Facina de domino Vitale. Item Almericus Pança. / Item Mauronus frater Dominici blanci. Item heredes olim domini Adal/gerii plebani. Item Deciolus frater dicti domini Adalgerii. / Item Deciolus filius olim Darnerii de domina Flore. / Item Anno(n)e filius olim domini Petri de Apolonio. / Item Buninus filius olim Bunini. / Item Rarotus filius olim Reçoti. / Item Mengossius filius olim domini Marquardi de Apolonio. / Item Henricus Rarentanesius. Item dominus Adalperus. / Item Almericus olim domini Venerii. Item Henricus frater eius. / Item Martinus de Grado. Item Marinus de domina Alba. / Item Marcus frater ipsius Marini. Item dominus Taydinus. / Item Aço Roncho. Item Odorlicus filius olim magistri Bonifatii. / Item Formanus. Item Bertulinus fotador. / Item Venerius Columbanus. Item Blanca uxor olim Cadoli de Theca. / Item Çanutus Darcinus. Item presbiter Leonardus plebanus. / Item Vitalis lupus. Item Bertinus gener olim Cadoli de Theca. / Item Tisolus olim domini Albini. Item Iohannes Maçarolus. / Item Hançius filius eius. Item Almericus de Lasera. / Item Petrus de Plaio. Item Iohannes filius ipsius Petri. / Item Andreas de Paysano. Item Gataldus. / Item Marinus de Pusterla. Item Mengolus filius Andree / de domino Labino. Item Odorlicus filius Adalgerii de (Di)gla. / Item Martinus de Lumbrena. Item Stefanus de Gradiçe. / Item Berardus filius magistri Pertoldi. Item Vilesius de Pitidona. / Item Iohannes filius Dominici de Petroгна. Item Franciscus frater / Iohannis de Eva. Item Almericus de Simone. / Item Mengolinus filius olim Çaneti de Çorçio. Item Tabaria. / Item Folcherius vir contesse. Item Iohannes de (M)ercela. / Item Iohannes Pui(n)a. Item Ugo frater Ialini. / Item Martinus tex(tor). Item monachi Sancti Andree de litore. / Item Dominicus Çacherius. Item Albinus pectenatus. / Item Pretolus Guerra. Item Gerulus de Riçoto. / Item Musachinus. Item Martinus de Bona de Hospitali. / Item Birisigna filius Adalgerii de Demota. / Item Artuicus de Aquila. Item Iohannes de Rubinio. / Item Guido (M)arcinus. Item Henricus de Pitidona. / Item Iohannes^d Felletus. Item Odorlicus Paniça. Est in[...]^e / Item Vitalis de domino Otto. Item Pellegrinus de Pusterla. / Item Iohannes Marçanesius. Item herdes olim Biloni. /

^b *Letture con ausilio della lampada di Wood, a causa dell'inchiostro evanido per plica sulla pergamena. Nobeciana è soltanto ipotetico. Sopra questo nome compare una croce.*

^c *Su Andreas è sovrascritta una croce greca come alla nota precedente.*

^d *Su Iohannes è sovrascritta una croce greca.*

^e *Non è possibile restituire la lettura.*

Item Iohannes de domina Eva qui manet in capite Ystrie. / Item Tisolus de massario.
Item Albinus filius Martini / Seppe. Item Reinaldinus filius Formani. / Item Pappo
longus. Item Pappo^f de Imena. / Item Iohannes butacha. Item Dominicus frater
Marascoli. / Item Pappo de Madona. Item Almerig[oy]^g de domina Ge[mma]^h. / Item
Cadolus de Glirosa. Item Marquardusⁱ de Vronicha. / Item Martinus Rufolus. Item
Taldus filius olim Menesclavi. / Item Gabriel de Pirano. Item Dominicus Bardissa. /
Item Facina de Richelda. Item Warnerius de Umago. / Item Iohannes de Pola. Item
Pencius cognatus Bunini. / Item Henricus de Silvestro. Item Iohannes murator. / Item
Absalon filius domini Alm(a)rici. Item Paulinus Çignonus. / Item Artuicus de Preucha.
Item Warnerius^j de Malgarida. / Item Çivagla. Item Albericus cognatus Dominici
Çacherii. / Item uxor Cadoli nigri. Item Petruculus^k filius / Cadoli de Gostana. Item
Nicola Buffa. / Item Petrus Pat(er)nus. Item Henricus filius Venerii / Reboni. Item
Adamolus frater olim Petri longi. / Item Bartholomeus frater Warnerini. / Item Beatrix
conversa. / Item Rainecolus. Item Albericus frater Iohannis magistri. / Item Walterius de
Goyna. Item Flabianus. / Item Iohannes canis. Item Pelonius filius olim domini Petri. /
Item Iohannes^l Briçafolla. / Item tenuta vestra quam laborat conductor vester. ^m
Salvo insuper hoc si dictum terrenum sive terratoriumⁿ bene non / foret bene
designatum et si forte aliqui alii / essent qui detenerent de terratorio vestro predicto.
[Item contra Dominicum Iohannem ... de Tergesto / (testes) predicti sunt Tergesine
diocesis. / Iudex prepositus Sancti Stephani Aquilegensis ^o]p.

^f Su Pappo è sovrascritta una croce greca.

^g Si propone quest lettura con l'ausilio della lampada di Wood.

^h Lettura incerta a causa dell'inchiostro evanido. Le integrazioni di questa nota e della precedente sono dovute alla plica nella pergamena.

ⁱ Su Marquardus è sovrascritta una croce greca.

^j Su Warnerius è sovrascritta una croce greca.

^k Su Petruculus è sovrascritta una croce greca depennata.

^l Su Iohannes è sovrascritta una croce greca.

^m Segue sotto uno spazio bianco equivalente a un rigo di scrittura.

ⁿ sine territorio nell'interlinea con segno d'inserzione.

^o Segue una parola depennata e illeggibile.

^p Queste ultime scritte sono a malapena integrabili con l'ausilio della lampada di Wood.

1301, settembre 3, Udine

Il notaio Dietrico da Udine detta il suo testamento, nel quale stabilisce la sua sepoltura presso la chiesa di S. Maria maggiore in Udine, nella tomba della nonna Zardinella. Dispone quindi l'erezione nella medesima chiesa di un altare dedicato a s. Maria e ai santi Ermacora e Fortunato, presso il quale dovranno essere celebrate le Messe di suffragio perpetuo. Al fine di dotare l'altare e il sacerdote Dietrico lega un proprio manso sito a Pasian Schiavonesco, una sua braida sita in Udine, presso S. Pietro di Tavella e un suo campo sito presso la strada di Villalta. Dietrico stabilisce infine la tabella delle Messe di suffragio, conferendo alla collegiata di Udine la facoltà di nominare l'altarista. Esecutori testamentari sono Leonardo di Faedis, il notaio Ermanno da Udine e Leonarduccio quondam Niccolò Benone da Udine.

Originale membr., mm 424x161, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 27. Al margine superiore sinistro in lapis copiativo di mano del sec. XX «1301».

Attergati: di mano coeva «Instrumentum altaris Sancti Hermacore dotati per Dietricum de Utino notarium». Di mano del sec. XVI «Testamentum Dietrici notarii in quo dotatu(s) altare Sancti Hermacore et Fortunati [...] de bonis suis manu domini Conradi de Utino notarii die III septembris 1301». Di mano del sec. XVII «1301. Vedi San Pietro di Tavella nella riga al n° 1(6) / nella riga 14 santi Hermacora et Fortunato». Al margine inferiore compare di mano del sec. XVI-XVII una breve scritta di difficile identificazione: «Iussis certam [...] canonicorum melius et efficientius». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «27 C».

La pergamena è in discrete condizioni ed è stata restaurata per alcune piccole lacerazioni al margine sinistro. L'inchiostro tuttavia è molto evanido, essendo la punta del calamo molto grossa, il tratto molto confuso e la colorazione tendente al marrone seppia. La leggibilità non è affatto buona. Tracce d'umidità e alcune macchie. Il frequente ricorso alla lampada di Wood che le condizioni della pergamena impongono ci esime dal darne costantemente annotazione nelle note d'integrazione.

In^a nomine Domini, amen. Anno [nativitatis eiusdem]^b millesimo c^oc^oc^o primo, indictione XIII^a, die / terciò intrantis septembr(is); presentibus domino Leonardo de Fagedis canonico Aqui/legensi, Odolrico et Hermanno notariis de Utino, Art[i]cono^c

^a La i è ingrandita e ornata.

^b Si propone questa lettura, con ausilio della lampada di Wood.

^c Integrazione plausibile su piccolo foro nella pergamena.

filio condam / domini Bubu[scii] et Wolrico condam domini de castro Utini, Benevenuto, / Buschino et Philippino stacionariis de Utino, Leonarducio [condam Nicolai]^d / Benonis de eodem loco, Laurencio filio condam Detalmuscii de Cussignaco testibus / et aliis pluribus ad hoc vocatis et rogatis. Dietricus notarius de Utino sanus mente, / licet eger corpore, timens decedere intestatus, suarum rerum et bonorum omnium dispo/sicionem per presens noncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procura/vit. In primis qu(i)d ad honorem Dei et beate Marie semper virginis matris eius ele/git sibi sepulturam apud maiorem ecclesiam Sancte Marie de Utino in monumento / condam domine Çardinelle avie sue. Item voluit et ordinavit ante omnia ut in / eadem ecclesia Beate Marie pro sua et parentum suorum animabus et precipue matris sue / de bonis suis construatur unum altare ad honorem Dei et beatorum martirum / Hermacore ac Fortunati quodque similiter de bonis suis ematur et detur ibidem un(us) / calix et alia preparamenta omnia necessaria ad usum unius sacerdotis in celebra/cione missarum. Item legavit mansum suum de Pasillano Sclavanech, rectum per / Iohannem, et braydam suam de Utino, sitam iuxta Sanctum Petrum de Tavella, et / campum suum, situm iuxta stratam per quam itur Vilaltam, de quo solvitur magister / Çaffonus sartor de Utino tres starios frumenti, sacerdoti qui instituetur / ad celebrandum infrascriptum officium in altari predicto. In primis, quod dictus / sacerdos dicere teneatur una cum aliis in ecclesia supradicta cottidianum offi/cium et insuper perpetuo celebrare ac dicere in ara predicta primo in die / dominica missam de Sancta Trinitate sive de dominica. Item die lun(e), die martis / et die mercurii missam pro anima sua et animabus parentum ac coniugum suorum omniumque / propinquorum et affinium ac benefactorum suorum. Item die iovis missam de beatis / martiribus Hermacora et Fortunato predictis. Item die veneris missam de sancta Cruce / et die sabati missam de beata Virgine. Hoc acto specialiter et expressim quod memo/ratus sacerdos de redditibus et proventibus supradictorum [bonorum]^e sibi taliter legatorum annu/atim dare ac distribuere teneatur in elimosinam pauperum pro suo anniversario fa/ciendo tres starios frumenti in pane ac unum starium fabarum more solito conditarum / et insuper mediam marcham denariorum Aquilegensium custodi, canonicis et sacerdotibus qui inter/erunt vesperis vigiliis ac misse anniversarii supradicti, qui denarii dividi debeant per / ipsum custodem secundum merita (personarum). Item voluit et ordinavit quod

^d Nicolai è assai interpretativo.

supradictus sacerdos / pro illuminatione altaris predicti percipiat annuatim redditus sive censum LX denariorum Aquilegensium solvendorum e(i)dem in cramis de (Utino) super domo sive pro domo condam / Martini Cramarii. Item voluit et ordinavit quod institutio et destitutio le/gitima et cor(re)cio sacerdotis predicti spectet totaliter ad custodem sive prelatum qui pro / tempore fuerit in ecclesia surpadicta. Item quod si dictus sacerdos in exequendis premissis fo/ret aliq(uantus) negligens vel remissus, predictus custos sive prelatus eum ad exequenda / predicta propria auctoritate compellat. Si vero idem custos sive prelatus se, quod absit, simili / negligentem vel remissum reddidit in premissis, hoc de manibus suis ab omnipo/tenti Deo in examine districti iudicii requiratur. Super hiis autem et aliis in / testamento contentis omnibus et singulis exequendis [dominos]^f Leonardum de Fagedis, Hermannum notarium / et Leonarducium condam Nicolai Benonis de Utino supradictos suos fidecommissarios et ex/ecutores constituit. Ita quod si non omnes hiis exequendis poterunt interesse, duo ipsorum [e./...] exequantur. Et hanc qu(i)d inter cetera asseruit esse suam ultimam voluntatem [q./...]^g voluit atque iussit tam iure testamenti quam iure codicillorum seu cuiuscumque al[terius] / ultime voluntatis qua melius et [efficacius valere potest]. Actum Utin(i), in domo qua [moratur] / testator [predictus].

S.T. Et ego Conradus de Utino imperiali auctoritate notarius / predictis interfui et regatus scripsi.

^c *Una macchia rende difficile la lettura.*

^f *Una rasura nella pergamena rende del tutto induttiva questa integrazione.*

^g *Una lacerazione al margine sinistro rende impossibile una plausibile integrazione.*

28a

Originale membr., mm 157x128, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 28a.

Attergati: al margine superiore a destra in lapis di mano del sec. XX «28 a C».

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni, ma l'inchiostro è del tutto evanido, rendendo assolutamente illeggibile il testo. Si intuisce il *signum tabellionis* alla fine, prima della *corroboratio* notarile. Il *signum* sembra essere quello di ... **controllare Notariorum dello Joppi o la raccolta del Della Porta.**

1302, [...], Udine, in villa Caschanani

Il notaio Pita da Udine immette nel possesso di un campo, sito presso la villa di Cascanano di Udine, la priora Alpionda del monastero di S. Quirino di Udine, in esecuzione alle disposizioni del testamento di Iacumina, che legava il campo, del quale si forniscono i confini, al monastero medesimo.

Originale membr., mm 162x120, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 28b. Al margine inferiore datazione in lapis di mano del sec. XX «1302».

Attergati: di mano del sec. XIV «Carta unius campi pro quo recipitur frumenti starium I». Al margine superiore a destra in lapis di mano del sc. XX «28 b C».

Il supporto scrittorio si trova in discrete condizioni di conservazione, mentre l'inchiostro è molto evanido, rendendo costante il ricorso alla lampada di Wood per la lettura dell'atto, onde non se ne precisa l'uso in nota.

Anno Domini M^o trecentesimo secundo, inditione quintadecima, die [...] intrante [...]; / presentibus Andrea quodam D[...]ioni de villa Utini, Artuico de Cast[...], ^a fratre / Iohannis de eodem loco testibus et aliis pluribus. Cum Pita nota[r]ius de Utino [...] / [...] ^b per fratrem Bernardum guardianum ordinis fratrum [minorum ...] / [...] ^cssarius^c [...] domine Iacumine de Utino [...] ^d suis bonis [ad ponendum]^e in [possessionem]^f / et tenutam sororem Alpiondam priorissam ecclesie Sancti [Quarini]^g de Utino / de campo [uno]^h sito in pertinenciis ville Caschanani, sicut [...] ⁱ / et publicato manu dicti Pite notarii sub anno Domini M^o trecentesimo secundo, inditione / quintadecima, die III^o intrante february, quem olim domina [Iacumina]^j legaverat dicte / ecclesie Sancti Q[uarini]^k, cuius hii sunt confines: ab una parte possidet dominus Hermanus / [...] ^l qui

^a Non si legge il nome del testimone.

^b Fine del rigo e inizio del successivo sono illeggibili.

^c La fine del rigo e l'inizio del successivo sono illeggibili.

^d Breve parola illeggibile.

^e Si propone questa lettura.

^f Si propone dubitativamente questa lezione.

^g Si propone questa lettura.

^h L'inizio del rigo è poco leggibile, si propone questa lettura della parola meno chiara.

ⁱ Seguono alcune parole che non sono leggibili, pare di scorgere un scripto in fine rigo, più per completamento dell' et publicato successivo.

^j Si propone questa lettura.

^k Si propone questa lettura.

moratur in castro Utini, ab alia parte possidet dominus Wicardus de / Postcollo Utinens(i), a [tercia] A[...] Mediolanensis qui moratur Utine et a quarta / est pascuum vel [si alii] sunt confines [...]que Pita notarius coram me notario D. / infrascripto et testibus supradictis posuit in tenutam dictam sororem / Alpiondam de dicto campo recipientem nomine et vice conventus dominarum monasterii Sancti / Q[uerini predicti], camp[...]^mis baraçium unum dicti campi in suis manibus dandum / et [ipsa ...]^m intravit in possessum corporalem. [Actum in villa / Cascanani super dictum campum].

S.T. Et ego D[...] de Utino imperiali et patriarchali auctoritate / [notarius] predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

¹ Non si legge l'inizio del rigo. È forse eccessivamente ardito leggere un de Tricessimo.

^m Seguono due parole illeggibili.

28c

Originale membr., mm 87x129, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 28b. Sul verso numerazione in lapis di mano moderna «28c C».

Il supporto cartaceo è in cattivo stato di conservazione, con una lacerazione di mm 39 all'altezza del secondo rigo. Non si distingue nulla in quella facciata che dovrebbe corrispondere al recto. Si legge soltanto l'attergato: «Testamentum Çanipe condam Francisci decani de Rivosa qui leg[...]^a / [...]ni de livello unam quartam frumenti / apud quadam canipa [parva ?]^b sita in burgo Glemone in androna p(rope) / ecclesiam Sancti Christofori quam tenet ad presens Facius Spi(ciaru)s / pro stabullo».

^a Non si legge e nel rigo successivo compare la lacerazione del supporto scrittoria.

^b Aggiunto in margine con segno d'inserzione nel rigo.

1305, aprile 11, Castello

Leonardo di Brazzacco resigna un manso sito presso Castions nelle mani di Odorlico di Castello, dal casato del quale lo aveva ricevuto in feudo. Odorlico accetta la resignazione. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 589x164, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 29. Al margine superiore in lapis di mano del sec. XX «1305, 11, IV».

Attergati: di mano del sec. XIV «De uno manso in Casteone». Di difficile lettura di mano del sec. XIV «Instrumentum permutationis [... cum] manso Castelloni pertinentis ad prebendam domini [...]» con rilevanti tracce di riscrittura di epoca successiva. Di mano del sec. XVII-XVIII «Casteons 1305, 11 agosto» e «Instrumentum perputationis unius braidae in Castellono pertinentis ad prebendam domini Leonardo de Brazaco 1308»; seguono numeri d'inventariazione di mano contemporanea «CC N XXXVII» e di altra mano «II 2 VII». Di mano del sec. XIX «Capitolo de Aquileja». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «29 C».

La pergamena è in buono stato di conservazione, salvo due lacerazioni al rigo 5, che intaccano il testo. Tranne qualche abrasione, l'inchiostro è nero tendente al marrone e ben leggibile. La pergamena contiene i documenti 29 e 29 bis.

In^a Christi nomine, amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o quinto, indictione / tercia, die undecimo intrante aprili; presentibus dominis Leonard(u)çio de / Braçacho superiori, Henrico de Flumine habitatore de Castello, Artuico / de Murucio, Alberto notario de Civitate, Hermanno filio condam domini Engelperti de / Ragonia et aliis. Discretus vir dominus Leo[nard]us^b [...]erasolt^c non per circumven/tionem aliquam, vi vel dolo, sed mera et libera voluntate proprioque arbitrio mansum / quendam iacentem in villa de Castiglons, qui regitur per Villgium et Iohannem / eiusdem ville, quem habebat in feudum a nobili viro domino Odorlico de Castello / seu a predecessoribus suis, sicut notorium est, in manibus predicti domini Odorlici / cum iuribus omnibus ad dictum mansum spectantibus, dominio vel honore vel alio quocumque / modo integraliter resignavit, cedens omni iuri et actioni quod et quam haberet^d / occasione

^a La i è ingrandita e ornata.

^b Plausibile integrazione del tratto scomparso per buco nel supporto scrittorio.

^c Un secondo buco nel supporto scrittorio rende impossibile la ricostruzione delle prime tre lettere.

^d Sembra di poter leggere un et tachigrafico depennato.

feudi prefati vel quacumque alia occasione in dicto manso. Promittens per se / se^e suosque heredes numquam in perpetuum repetere vel molestare prefatum dominum / Odorlicum aut suos heredes vel illu cui mansum prefatum dederit vel dare^f / dare voluerit occasionibus predictis. Et dictus dominus Odorlicus ipsam resignationem / recipiens acceptavit et ad suum dominium mansum predictum revocavit, cum / iuribus et pertinentiis ad dictum mansum spectantibus. Actum Castello, ante ecclesiam / Sancte Marie de Castello.

S.T. Et ego Thealdus de Pergamo publicus imperiali auctoritate / notarius predictis omnibus interfui et rogatis scripsi.

^e *Evidente errore dello scriba.*

^f *dare abbreviato depennato.*

29 bis

1305, aprile 11, Castello

Odorlico di Castello nomina Ermanno quondam Enghelperto di Ragogna suo procuratore per effettuare la permuta di un suo manso sito presso Castions contro un manso sito presso Vendoglio, di proprietà del Capitolo di Aquileia. Clausola liberatoria per il procuratore e clausole di garanzia consuete.

In Christi nomine, amen. Anno eiusdem Domini millesimo CCC^o quinto, indictione /
tercia, die undecimo intrante aprili; presentibus dominis Leonardacio de Braçacho /
superiori, Artuico de Murucio, Arnoldo filio domini Dietemarii milite de / Tarcento,
Alberto notario de Civitate Castello comorante, Lapo de Florentia Tulmetio / comorante
et aliis. Nobilis vir dominus Odorlicus de Castello fecit, constituit / et ordinavit suum
verum et legitimum procuratorem Hermanum filium condam domini Engel/perti de
Ragonia, actorem et nuntium specialem presentem et hoc mandatum sponte /
suscipientem, ad permutandum suo nomine et heredum suorum^a unum suum mansum
situm in villa de Castiglons, / qui regitur per Vilgium et Iohannem eiusdem ville cum
omni dominio, honore, co(m)/modo et utilitate, usu et requisitione et servitute et cum
omnibus iuribus suis / ad dictum mansum pertinentibus modo aliquo [aliquo]^b de iure vel
de facto, cum venerabilibus / viris dominis A(van)tio decano et Aquilegensi capitulo
nomine et vice ipsius capituli / cum quodam ipsorum manso sito in villa de Vendoy, qui
regitur per Rodulfum et / Antonium et per Federicum et fratres ipsius Federici, cum
omni dominio et honore, comodo / et utilitate, usu et requisitione et servitute et cum
omnibus iuribus suis ad dictum man/sum pertinentibus modo aliquo de iure vel de facto,
ad dictos decanum et capitulum / pertinere. Quam permutationem per ipsum
procuratorem factam vel faciendam, idem dominus / Odorlicus promisit ratam, gratam
et firmam habere et tenere pro se et suis heredibus aut / cui dare vel concedere voluerit
et non contravenire modo aliquo, causa vel ingenio per se / vel per aliam personam
tacite vel expresse. Obligans se et sua bona eisdem decano / et capitulo ac successoribus
eorundem ymo ipsam resignationem et permutationem / per se et suos heredes
deffendere, auctorizare et manutenere de iure et de facto contra / omnem persona et

^a suo nomine et heredum suorum *a fine testo integrato con segno d'inserzione.*

con.... iudicio ecclesiastico et civili, sub ypotheca et obligatione / quinquaginta marcharum denariorum Aquilegensis^c monete, que pena totiens peti / et solvi debent cum effectu quociens contra predicta vel aliquod predictorum factum / fuerit. Renuncians exceptioni non resignati seu permutati mansi, exceptioni / .. doli, mali, .. factum actionis et omni alio iure vel privilegio quo se vel sui / heredes sive cui dare voluerit modo aliquo posset se deffendere vel tueri. Volens itaque dictum procuratorem constitutum ad hoc specialiter tam in perdendo quam / in lucrando relevare ab omni honore satisfaciendi, per se et suos heredes / omnia sua bona mihi notario infrascripto stipullanti^d, obligavit pro omnibus / quorum interest vel interesse poterit et pro rato solvendo et iudicio sisti cum / omnibus suis clausulis se ipsum fideiussorem constituit. Actum Castelli, in / sala palatii eiusdem loci.

S.T. Et ego Tealdo de Pergamo publicus imperiali auctoritate / notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

^b *Evidente errore dello scriba.*

^c *Da intendersi Aquilegensis.*

^d *Da correggersi in stipulanti.*

1306, ottobre 31, Cividale

Niccolò figlio di Zofelg da Cividale beccaio acquista da [...]omo da Firenze e Lipa figlio di Tamba per una quantità di frumento equivalente a due marche di denari aquileiesi. Niccolò s'impegna al pagamento entro la prossima festa di s. Martino sotto pena di 40 denari aquileiesi. Niccolò pignora all'uopo una sua cavalla grigia. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 297x201, A.C.A.U., *Pergamene capitolaari*, vol. I/bis, n° 30. Sul recto al margine superiore datazione in lapis di mano moderna: «1306».

Attergati: di mano del sec. XIV (?) scritta del tutto illeggibile per sbiadimento dell'inchiostro. Di mano moderna in lapis: «30 C».

Supporto scrittorio in buone condizioni, benché con tracce di umidità al margine superiore destro, tanto da intaccare il supporto stesso; inchiostro sul marrone, non evidente e con tendenza allo sbiadimento.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, indictione quarta, die ultimo (octubris)^a, in Civitate austria, ante [stacionem ...]^b; / presentibus Linusio de Civitate, Ropreto nepote domini Candidi de Canusio, Ditrusio de Çucula, Petro de Sancto Pe[...]^c / Nicolaus becarius Civit(atensis) filius Çofelg confessus et contentus fuit se emisse, habuisse ac integre recepisse a [...]omo^d de Florentia nunc in dicta Civitate comorante, dante et vendente ac securitatem recipiente pro se et Lipa [...]^e / filio Tambe tantam quantitatem boni frumenti que capit in summa duas marcas denariorum Aquilegensis monete. Renuncians / exceptioni non habiti, empti et non recepti ac sibi non dati et mensurati dicti frumenti tempore huius contractus et omni legum / et iurium auxilio tam canonici quam civili. Quam quidem peccuniam dictus debitor per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum / bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et omnium dampnorum interesse ac expensas litis et extra refections / ipsis creditoribus seu alteri eorum vel suis heredibus aut cui comiserint hoc instrumentum non cancellatum, habenti integre / solvere ac dare promisit et stetit corporali ad sancta

^a Si propone questa lettura con l'ausilio della lampada di Wood.

^b stacionem letto con l'ausilio della lampada di Wood. Segue lacuna non integrabile a fine rigo.

^c Impossibile reintegrare a causa della macchia d'umidità.

^d Impossibile reintegrare a causa della macchia d'umidità.

^e Segue lacuna di fine rigo.

Dei evangelia prestito iuramento, usque ad festum [sancti Mar]/tini^f proximum venturum, sub pena XL denariorum dicte monete, qua soluta vel non presens tamen contractus obtineat plenum / robur. Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis, prefatus debitor dictis creditoribus quandam equam gris[am]^g / ad omne periculum et expensam ipsius debitoris nomine pignoris obligavit et dedit. Ita quod si dicta peccunia prefixo termino, / ut dictum est, non fuerit totaliter persoluta, liceat eisdem creditoribus seu alteri eorum vel suis heredibus aut cui comiserint hanc cartam non cancellatam habenti predictam equam vendi facere ad incantum. Si vero quicquid darent supra equa pre/fata vel quia moreretur vel in stabulo devastaretur seu extra equitando vel non equitando de[teriorare]tur / vel acciperetur furtive seu alio modo quocumque aliquid sibi defecerit ante terminum vel post quousque dictam equam / servare voluerint donec eisdem creditoribus vel suis [heredibus]^h aut cui comiserint de predictis omnibus non fuerit / persolutum ad reliqua eius bona habita et hebenda valeant se tenere, nec non accipere ac vendere vel vendi facere de bonis / dicti debitoris vel eius heredum propria auctoritate in parte ac (toto)ⁱ ubicumque illa invenerint et in quolibet mercato Foriulii, causa vel statuto generalis exercitus domini patriarche Aquileg(ensis) vel alio quolibet, non obstante sine nuncio vel licencia / alicuius domini usque ad plenam solutionem sortis, pene dampnorum et expensas litis et extra ac interesse. Et si occasione / huiusmodi pignorationis et vendicionis aliquid dominium vel persona super ipsos creditores seu eorum al(terum) vel eorum / heredes aut cui comiserint increverit vel processerit, teneatur dictus debitor eum et eorum quemlibet conservare indempnem. / Ita quod de dampnis et expensis vendicione ac valore pignorum et sortis preceptione credatur soli eorum seu alterius / eorum verbo sine sacramento vel alia probacione quacumque, nec teneatur extra Civitat(i) pignora (perferire). (Qu..) de premis/sis omnibus et singulis valeant dicti creditores seu eorum alter vel eorum heredes aut cui comiserint hoc / instrumentum incorruptum habenti dictum debitorem et eius heredes omni terra et loco sub quovis dominio seu iudice tam ecclesia/stico quam civili convenire et in causam trahere, nulla quoque solucio predictorum, nec (pcm) nec finis nec inducie nec / concordia nec aliquid nocens dictis creditoribus vel suis heredibus aut cui comiserint probari possit vel ostendi / nisi hac carta cancellata vel alia .. facta per

^f *Letto con l'ausilio della lampada di Wood.*

^g *Si propone questa lettura con l'ausilio della lampada di Wood.*

^h *heredibus ripristinato in parte con la lampada di Wood.*

fidum notarium in presencia quinque ydoneorum testium de comuni partium / voluntate.
Et insuper pro quolibet termino ad quem ipsos creditores seu eorum alterum ire
contingerit pro predictis teneatur / dictus debitor dare dominio XL denarios et totidem
creditoribus predictis irrevocabili(s) donacionis nomine que dicitur inter vivos / me
notario infrascripto pro dominio securitatem recipiente.

S.T. Ego Petrus de Civitate quondam Artuici de Crudignano imperiali auctoritate
notarius predictis / interfui et rogatus scripsi.

ⁱ *Ripristinato con la lampada di Wood.*

1306, ottobre 28, Udine

Oldorico quondam Enrico di Buttrio vende al canonico aquileiese Ambrosino della Torre, rappresentante del Capitolo di Aquileia, al prezzo di 40 marche di denari aquileiesi, delle quali dà quietanza, un proprio manso sito a Percoto. Oldorico nomina il canonico aquileiese Varnerio di Cucagna, Costantino da Udine e Oldorico di Strassoldo quali fideiussori del contratto e il notaio Simone da Aquileia quale nunzio di possesso. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 303x135, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 31. Al margine superiore in lapis di mano del sec. XX «1306, 28, X».

Attergati: di mano coeva «Carta emptionis mansi facte per capitulum in vila Percoti quod dicitur proprium de Clemona a domino Odorico filio condam (riscritto, forse Henrici) de Budrio». Di mano del sec. XVIII *Instrumentum emptionis mansi in villa Percoti a domino Odorico de Budrio anno 1306*». Di mano del sec. XVII-XVIII «1306, 27 ottobre, Percoto». Numero d'inventariazione di mano del sec. XVII-XVIII «P P N IX». Di mano del sec. XIX «Capitolo de Aquileja». Al margine inferiore destro in lapis di mano del sec. XX «31 C».

La pergamena è bene conservata con un bell'inchiostro tendente al marrone di grande leggibilità.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, indictione quarta, die quarto / exeunte octubre; presentibus domino Mathia de Glemona, Fidrione castri Utini / habitatore, Rapotto filio condam domini Henrici de Budrio, Çuffetto de / Camino, Bartholomeo filio magistri Sini notarii de Utino, Simone de / Aquilegia notario testibus et aliis. Oldoricus filius olim domini Henrici de Bu/drio precio quadraginta marcharum denariorum Aquilegensis monete quod confessus / fuit et contentus se habuisse ac integre recepisse a domino Ambrusino / mansionario maioris ecclesie Sancte Marie de Aquilegia, dante et solvente / vice et nomine capituli eiusdem ecclesie et pro ipso, exceptioni sibi non dati, non / numerati atque non recepti dicti precii tempore huius contractus omnique alii legum et / iuris auxilio omnino renuncians, per se suosque heredes dedit, vendidit et / tradidit eidem domino Ambrusino recipienti vice et nomine dicti capituli / et pro ipso iure liberi proprii quod dicitur proprium de Glemona mansum unum / situm in villa Percoti, qui regitur per Co(v)assium et Pelegrinum de eadem / villa, cum domibus, sediminibus, ortis, baiarçiiis, campis, pratis, sil/vis, pascuis,

comuniis, aqueductibus, venationibus, piscationibus ac omnibus / aliis ad ipsum mansum pertinentibus, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid / dicto capitulo deinceps de ipso manso iure predicto placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que dictus mansus habet super se, infra seu intra se in / integrum omnique iure, actione et dominio sibi ex eo aut pro eo seu ipsi manso / modo aliquo pertinenti de iure vel de facto. Et si idem mansus plus valeret / precio nominato totum id idem venditor ipsi domino Ambrusino recipienti pro ca/pitulo antedicto remisit atque dedit irrevocabiliter donationis nomine que dicitur inter / vivos. Quem siquidem mansum idem venditor se dicti capituli nomine constituit / possidere (donec) eiusdem possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi propria auctoritate / et retinendi deinceps eidem domino Ambrusino recipienti pro dicto capitulo licen/ciam omnimodam de iure contulit et de facto. Promittens dictus dominus Oldoricus per / se suosque heredes et cum obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum et dampnorum / et expensarum ac interesse solo verbo litis et extra refectione ipsi domino Ambrusino / stipulanti et recipienti vice et nomine dicti capituli et pro ipso, litem aut questionem / de dicto manso vel aliquo eius iure ullo tempore non inferre nec inferenti consentire. / Sed ipsum mansum eidem capitulo et cui ius suum dederit iure predicto ab omni / persona, ecclesia et universitate legitime deffendere, auctoriçare et disbrigare / et prefatam vendictionem ac omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma / et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ratione, / dolo, ingenio sive causa de iure vel de facto, sub pena dupli extimationis dicti / mansi ratione habita meliorationis pro tempore quinque solidos Veronensium parvorum minus stipula/tione premissa. Qua soluta vel non predicta omnia et singula firma perdurent. / Pro quibus omnibus observandis et firmiter adimplendis partibus dicti venditoris et / pro ipso prefato somino Ambrusino recipienti vice et nomine dicti capituli et pro ipso / domini Warnerus de Cuchanea Aquilegensis canonicus, Constantinus de Utino et Oldo/ricus de Strasolt fideiussores extiterunt in solidum et legitimi deffen/satores. Renuntiantes omni legum et iuris auxilio cum quo se a predicta fideiussione / et contentis in huiusmodi instrumento aut eorum aliquo possent tam in iudicio quam extra / aliquanto deffendere vel, tueri. Quibus sic pactis dictus venditor dedit prefa/to domino Ambrusino recipienti pro capitulo antedicto Simonem testem prefatum pro / tenute nuncio, qui ipsum Ambrusinum loco dicti capituli seu ipsum capitulum / in tenutam

dicti mansi poneret et possessionem induceret corporalem. Actum / Utino, in domo communis.

S.T. Et ego Oldoricus de Utino imperiali auctoritate notarius predictis / omnibus interfui et rogatus scripsi.

1310, settembre 30, Udine

Daniele Guercio da Udine detta il suo testamento, nel quale stabilisce la sua sepoltura presso la chiesa di S. Francesco di Udine, legando alla fabbrica della chiesa due marche di denari aquileiesi. Lega quindi alla chiesa di S. Giovanni Battista di Udine 16 denari. Daniele nomina suoi eredi universali il nipote Domenico e la nipote Giuseppina. Clausole consuete.

Originale da registro del notaio Leonardo da Udine, membr., mm 267x162, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 32. Al margine superiore in lapis di mano del sec. XX «1310».

Attergati: di mano coeva «Carta fictuu(m) denarios XVI quos dimisit Daniel Ve(..)ius». Di mano del sec. XVI, ma di difficile lettura, «Carta partita denarios 16 (...) Capitul(i) 1310, ultimo (septembris)».

La pergamena è in buono stato di conservazione, ma con qualche lacerazione al margine destro, senza che intacchino il testo. L'inchiostro è nero tendente al marrone, ben leggibile.

Anno Domini millesimo CCC^{mo} decimo, indictione octava, die ultimo septembris; presen/tibus fratre Benevenuto de Utino, fratre Valte(ro) de Civitate ordinis fratrum minorum, / presbitero Martino de Sordellano, Iacobo dicto Syno notario, Tramontano filio olim / Ambrosii Casine, Iusto, Pania omnibus de Utino, Orelio de Pistorio, Tano / et Boça fratribus de Florentia Utino commorantibus testibus ad hoc vocatis et rogatis et / aliis pluribus. Daniel Voercius de Utino sanus mente licet corpore lan/guens, nolens decedere intestatus ymmo de salute sue anime providere, suum in / hunc modum condidit testamentum. In primis quidem sibi sepulturam eleg(it) apud / ecclesiam Sancti Francisci de Utino, ad fabricam cuius pro remedio pro remedio^a anime / sue ac etiam domine Petre olim uxoris sue et omnium peccatorum suorum legav(it) / marchas duas. Et inter cetera que leg(avit) et ordinav(it) in suo ultimo testamen/to legavit ecclesie Sancti Iohannis baptiste de Utino sedecim denarios perpetuo / (annuatim) solvendo, quos sibi solvit Hermannus notarius de Utino pro domo que olim fuit / Camulli for(n)atoris. In omnibus aliis bonis mobilibus et immobilibus Dominicum / nepotem suum et Iosaphinam nepotem suam sibi equaliter heredes instituit. Et / hoc voluit suum de ultimum testamentum et ultimam voluntatem que si iure / testamenti valere non

^a Evidente ripetizione erronea dello scriba.

potest, saltem valeat iure codicillorum seu cuiuslibet alterius / ultime voluntatis quo melius valere potest. Actum Utino in domo Danielis predicti.

S.T. Ego Nicolaus Syni de Utino imperiali auctoritate / notarius ex auctoritate et commissione mihi facta per venerabiles viros / dominos G. decanum et capitulum Aquilegense vacante sede / Aquilegensi prout inveni in abbreviationibus condam Leonardi / notarii de Utino presens instrumentum scripsi in formam publicam fideliter reducendo.

1312, marzo 14, Udine

Leonarduccio Belloni gastaldo di Udine e i procuratori della Fraternita dei mercanti di Udine, Niccolò Rusitto e il magister Stefano detto Barbino sellaio, in esecuzione alle disposizioni testamentarie di Giacomino sellaio da Udine, già da Milano, che aveva nominato erede universale la sorella Castellana e alla morte di quest'ultima la medesima Fraternita, concedono il possedimento con casa già di Giacomino e sito in Udine al Mercatovecchio al nipote di Castellana, Nigrino. La casa, infatti, è distrutta e Castellana non intende riedificarla. Nigrino, che invece intende ricostruire l'abitazione, dovrà ospitare la madre Castellana per tutta la vita di quest'ultima e alla sua morte la casa rimarrà a Nigrino, che allora dovrà provvedere a versare annualmente mezza marca di denari aquileiesi al gastaldo e ai procuratori della Fraternita per l'anniversario di Giacomino e di Castellana. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 319x166, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 33. Al margine superiore in lapis di mano del sec. XX «1312».

Attergati: di mano coeva ma molto evanido «Instrumentum Iacomini sellarius [de Utino...]» il resto non è reintegrabile, per l'estensione di due righe. Di mano del sec. XVII-XVIII «1312, 14 martii. Magnifica Communita». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «33 C».

La pergamena è in discrete condizioni, tranne che per alcune lacerazioni dovute all'umidità che la intaccano al margine destro, senza per altro rovinarne sensibilmente il testo. Alcune macchie d'umidità rendono difficile la lettura del documento alla fine dei righe. L'inchiostro è marrone di discreta leggibilità. Necessita spesso l'uso della lampada di Wood, onde non se ne dà informazione nelle note di restituzione.

In Christi nomine, amen. Anno eiusdem Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione [decima], / die quartodecimo intrante marcio; presentibus magistro Gyrardo Feraça qui fuit de Ale/sandria, Hemrico^a filio Trufulini, Busutto cerdon(e) predictis de Utino et Nico/lao qui fuit de Sancto Thomado familiari Petri olim domini Milani de Utino testibus / et aliis pluribus. Cum olim Iacominus sellarius de Utino, qui fuit de Medio[lano in suo]^b / ultimo testamento dominam Castellanam sororem suam in

^a *Da leggersi probabilmente* Henrico.

^b *SI propone questa lettura.*

omnibus bonis suis [in]^c universalem / instituisset heredem, que bona hereditaria ipsa domina Castellana habere et gau[dere] / deberet in vita sua et post cuius decessum devenire de[ber]ent in ma[nibus] / castaldionis et procuratorum fraternitatis mercatorum de Utino, [que bo]na heredit[ari]a / ipsi prout eis melius videretur (sibi) castaldio et procuratores dicte fraternitat[is], / qui forent pro tempore, deberent distribuere pro anima ipsius Iacomini et anima ipsius [domine] / Castellane; cumque in hereditate predicta foret sedimen cuiusdam domus / sit(um) in mercato veteri Utin(i), iuxta sedimen domus Bonetti cerdonis, ubi ipse / Iacominus consueverat habitare, quam domum (igne) destructam ipsa domina Castella/na nec volebat nec poterat reparare seu rehedificare, Le[onarducius de] / Bellonis de Utino castaldio, Nicolaus Rusittus et magister Stephanus [dictus] / Barbinus sellarius de Utino procuratores fraternitatis predicte, considerantes [...] ^d / anima ipsius Iacomini ex hoc po[...]tur^e gaudio et salute, de consilio [et consensu] / confratrum suorum ac nomine et vice dicte fraternitatis et ex eorum predictorum [...] ^f / ac iuxta dispositione et ordinatione Iacomini predicti, presente, volente [et] / consenciente predicta Castellana, concesserunt et licentiam tribuerunt [Nigrino] / filio dicte domine Castellane et nepoti ipsius Iacomini, quod ipse Nigri(nus) / dictum sedimen domus ipsius Iacomini rehedificare valeat. Ita tamen quod ipsa / domina Castellana in ipsa rehedificata domo libere et sine pensione aliqua / habitare possit usque ad vitam suam cum dicto filio suo, sine molestatione vel / gravamine aliquo sibi inferendis a Nigrino predicto. Post decessum autem ipsius / domine Castellane domus ipsa sit ipsius Nigrini ad faciendum de ipsa suam omni/modam voluntatem, salvo tamen iure census domini patriarche qui pro ipsa domo de/betur. Qui Nigrinus post decessum predicte matris eius solvere teneatur singulis / annis seu perpetuo in aniversario ipsius Iacomini pro ipsa domo mediam [marcham] / denariorum Aquilegensis monete castaldione et procuratoribus seu officialibus fraternitat[is] / predicte, qui pro tempore fuerint, distribuendam pro eis melius videbitur pro anima [Ia]/comini et domine Castellane predictorum. Ad quam quidem persolvendam m[ediam] / marcham, ut dictum est, ipse Nigrinus obligavit se et bona sua presentia et futura. / Quam quidem concessionem, distributionem et licenciam ac omnia et singula supradicta / predicti castaldio et procuratores nomine fraternitatis predicte promiserunt

^c *Integrazione soltanto induttiva.*

^d *Non è possibile reintegrare l'ultima breve parola.*

^e *La parola non è reintegrabile.*

ipsi / Nigrino firma et rata habere et tenere perpetuo et non cotrafacere vel venire /
aliqua ratione vel causa. Actum Utin(o) in curia domus Glemoni sellarii.

S.T. Et ego Parisinus de Utino imperiali auctoritate notarius / predictis omnibus interfui
et rogatus scripsi.

^f *Illeggibile l'ultima parola del rigo.*

1313, aprile 21, Aquileia

Paolo quondam Ermanno da Tricesimo vende a Pertoldo quondam Benone del Castel di Udine, al fratello Pietro detto Saio e alcuni altri suoi fratelli, al prezzo di una marca e mezzo di denari aquileiesi, delle quali dà quietanza, il reddito o affitto equivalente a uno staio di frumento e uno staio di avena che i medesimi fratelli o il loro defunto padre dovevano a Paolo o al suo defunto padre Ermanno per una braida già del quondam magister Stefano da Udine sarto. Il notaio Corrado da Udine viene nominato nunzio di possesso. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 174x152, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 34. Al margine superiore in lapis di mano del sec. XX «1313».

Attergati: di mano coeva ma assai evanido «Instrumentum emptionis unius marce cum dimidie (ad fictum unius starii frumenti super unam [decimam] in burgo [...] de qua [...] solvit unum [starium avene]». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «34 C».

La pergamena è in buono stato di conservazione, benché ingiallita e con tracce d'abbrunimento. L'inchiostro è marrone e non sempre bene leggibile, anche per le dimensioni assai piccole dei caratteri. Si ricorre spesso alla lampada di Wood.

In^a nomine Domini, amen. Anno nativitatis eius millesimo c^oc^oc^o XIII^o, indictione XI^a, die X^o exeunte aprili; presentibus dominis Ambrosino / et Niccolo dicto (Mis) mansionariis Aquilegensis ecclesie, Dionisio de Orçone vicario domini comitis Goricie in ecclesia / supradicta, B(ar)tulo Tusco cive Aquilgens(i) et Piçulbaracio albergatore Aquilegensi testibus et aliis. Paulus filius / olim domini Hermanni de Tricesimo Utin(i) commorantis, precio et foro unius marce et dimidie denariorum Aquilegensium, quod totum / confessus et contentus fuit se recepisse ac integre habuisse a Pertoldo filio condam domini Beno(n)i de castro Utin(i). Renuncians [ex]/ceptioni^b non habiti et non recepti precii et omni legum et iurium auxilio tam canonici quam civili omnique alii suo iure, exceptioni,/ actioni, defensionis et rei sibi competentibus vel competituris, per se suosque heredes, vendidit, dedit ac tradidit eidem Pertoldo / pro se ac Petro dicto Sayi ceterisque suis fratribus et eorum heredibus ementi atque recipienti, redditus sive fictum

^a La i è ingrandita e ornata.

^b Inchiostro evanido; si restituisce con l'ausilio della lampada di Wood.

unius starii frumenti/ et unius starii avene quod et quam iidem fratres seu condam pater eorum dum viveret solvere tenebantur et solvebant annuatim / ipsi Paulo seu condam domino Hermanno patri suo pro brayda que fuit olim magistri Stephani sartoris de Utino sita in territorio / Utini extra portam de Aquilegia, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto emptori suisque fratribus et heredibus ipsorum perpetuo / placuerit faciendum, cum omni iure et actione, usu seu requisicione, servitute, dominio et honore, commodo atque utilitate / supradicto venditori ex dictis vel pro dictis redditibus aut ad ipsos modo aliquo spectantibus vel pertinentibus de iure vel de facto. / Quos si quidem redditus supradictus venditor se predicti emptoris et fratrum eius nomine possidere constituit donec ipsorum / possessionem ac tenutam acceperit corporalem, quam accipiendi et auctoritate propria retinendi eidem emptori pro se ac dictis / fratribus suis licenciam omnimodam contulit. Promittens per se suosque heredes cum obligatione bonorum suorum presentium ac futurorum / et omnium dampnorum et expensarum litis et extra refectionem ac interesse sepefato emptori pro se dictisque suis fratribus et ipsorum / heredibus stipulanti de predictis redditibus vel ipsorum iure aliquo per se vel alium litem vel questionem aliquam non movere, sed / ipsos sibi ab omni homine, universitate, ecclesia et persona legitime defendere, autoriçare ac in solid(o) disbrigare numquamque contra / predicta vel ipsarum aliquod dicere, facere vel venire racione aliqua, dolo, ingenio sive causa, sub pena dupli eorundem / reddituum, minus quinque solidis Veronensium parvorum. In singulis capitulis stipulata et promissa, que soluta vel non, presens / instrumentum obtineat plenum robur. Et in hanc m(ad...) d[a]tus^c fui ego Conradus notarius infrascriptus tenute nuncius, / qui dictum emptorem pro se ac dictis fratribus suis in tenutam et possessionem dictorum reddituum inducerem corporalem. / Actum Aquileg(ie) in via publica ante piscariam.

S.T. Et ego Conradus de Utino imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

^c *Lettura con l'ausilio della lampada di Wood.*

1314, gennaio 7, Pedriz/Steindorf

Il capitano di Duino Wulfingo, su mandato di Nasciguerra e Ugone signori di Duino, immette Mattia abate del monastero di S. Martino alla Beligna nel possesso dell'avvocazia della villa di Pedriz, in lingua tedesca Steindorf, i diritti della quale erano già deteuti dai signori di Duino. Clausole di garanzia consuete.

Originale membr., mm 202/229x190, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. I/bis, n° 35. Sul recto al margine superiore datazione in lapis di mano moderna: «1314. 7. I».

Attergati: di mano forse coeva: «Inductio possessionis advocatie villa de P(ieris) facta domino Mathie abbatibus Bilinie»; di mano del sec. XIV exe.: «Instrumentum advocatie concesse per dominos de Duino abbatibus Bellinensi in villa de Pieris ultra Ysontium»; di mano del sec. XVII: «Instrumentum advocationis concesse per dominos de Duino abbatibus Bellin(iensi) in villa Pieris ultra Isontium»; segue una «P»; di mano del XVIII sec.: «Pedrizzo, 1314, 7 gennaio». Al margine superiore destro in lapis di mano del sec. XX «35 C».

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, salvo una lacerazione al margine destro al rigo 13, che non lede il testo. È stato restaurato. L'inchiostro è tendente al marrone, con alcune spadiature, forse dovute all'umidità, della quale restano alcune macchie.

In nomine Dei eterni, amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quartodecimo, indictione duodecima, / die septimo intrante ianuario. Actum in villa de Pedriz, que in vulgari thethonico Stayndorf appellatur, / in c(ur)ia castaldi infrascripti domini abbatis ecclesie Beligniensis; presentibus domino Matheo iudice Flu(min)is, / Hermanno dicto Remetz filio quondam Hermanni de Lypa, Iohanne de Castro Veneris, Rudolfo / fratre Sw(er)zlini de (Ter)monenz, Herbordo Strigulia, Ermachoro fratre Heinrici massarii de / Villalta, Pitzulo baratterio testibus et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis et rogatis. Cum humana memoria sit in parte fragilis et caduca et ideo necesse sit rerum gesta, ne per (viam)^a / oblivionis incipiant claudicare, scripture testimonio ac notamine testium confirmare, scire deb(ent) / universi ad quos presens scriptum pervenerit, et quorum auditui presentes fuerint recitate, quod nobilis / et discretus vir Wulfingus capitaneus Duini, volentibus, presentibus, consencientibus ac precipientibus / Nasingwerra et Hugone dominis de Duino, posuit venerabilem ac reverendum patrem et

^a Lettura con l'ausilio della lampada di Wood.

dominum / dominum abbatem ecclesie Beligniensis Mathiam nomine recipientem pro se et ecclesia sua predicta in tenutam / et quietam possessionem ac perpetuam libertatem advocatie dicte ville et omnium aliorum iurium que / predicti domini de Duino aut eorum heredes habeban vel habere dinoscebantur in dicta villa, / ita videlicet quod prenominatus dominus abbas Beligniensis^b et ecclesia sua predicta a presenti die in / antea gaudere debeant in dictis bonis perpetua libertate. Et ne de cetero prefati / domini de Duino aut eorum heredes sibi tam de facto quam de iure in predicta villa possint / aut valeant ius aliquot usurpare, preceperunt mi(h)i notario infrascripto ut in huius libere / donacionis et perpetue libertatis maiorem firmitatem ac pleniorum certitudinem, testimonium / et cautelam prenominato domino abbati et ecclesie sue predicte de intromissione publicum conficere / instrumentum. Et sic hoc presens instrumentum per manum mei subscripti notarii est confectum.

c

S.T. Ego Thumadus imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi / meoque signo consueto roboravi.

^b *La pergamena presenta alcuni fori di lacerazione in corrispondenza di questa parola.*

^c *Segue uno spazio senza scrittura equivalente a tre righe di scrittura, per mm 26 da testo alla complectio.*